

HEcF
G

Grente, Georges

Quae fuerit in Cardinali Davy du Perron vis oratoria.

HEcF
G

QUAE FUERIT

IN CARDINALI DAVY DU PERRON

VIS ORATORIA


THESIM

PARISIENSIS UNIVERSITATIS FACULTATI LITTERARUM

PROPONEBAT

GEORGIUS GRENTE

EJUSDEM FACULTATIS OLIM ALUMNUS



PARISIIS

APUD VICTOREM LECOFFRE BIBLIOPOLAM

90, via vulgo dicta Bonaparte

MCMIII

QUAE FUERIT

IN CARDINALI DAVY DU PERRON

VIS ORATORIA

HEcF
G

QUAE FUERIT
IN CARDINALI DAVY DU PERRON
VIS ORATORIA


THESIM

PARISIENSIS UNIVERSITATIS FACULTATI LITTERARUM

PROPONEBAT

GEORGIUS GRENTE

EJUSDEM FACULTATIS OLIM ALUMNUS





490868
28-4-49

PARISIIS

APUD VICTOREM LECOFFRE BIBLIOPOLAM

90, via vulgo dicta Bonaparte

MCMIII

RR . DD . J . GUERARD .

CONSTANTIENSI . ABRINCENSIQUE . EPISCOPO .

PII . GRATIQUE . ANIMI . PIGNUS .

D . D . D .

PROŒMIUM

. . . . Nostrae Perronius heros
Gentis honos, saeclique decus, sidusque suorum,
Malleus haereseos, fideique invictus Achilles,
Cui, velut alma parens, teneris Sanlaudus ab annis
Sternere gestivit blando cunabula somno,
Carminis ante alios justo dignetur honore.
Quotquot enim notae quondam per saecula famae
Aequa mente viros fuerit mirata vetustas,
Omnibus hic unus si non præcellit, at illos
Tot claris animi locuples virtutibus aequat [1].

His laudibus Normannus poeta, Gulielmus Ybert, Sanlaudensis, anno P. C. N. 1668, cardinalem Jacobum Davy du Perron extollebat, quem latine converso nomine aequales alii Perronem, plures vero Perronium vocaverunt; quo nomine ipsi plerumque utemur, Bossuetii exemplum secuti. Nota est Perronii, clarissimi viri, vita, qui in versibus scribendis facilis, in exquirendis excolendisque litteris eruditus, in exponenda theologia subtilis, in orationibus habendis eloquens, in legationibus explendis sollers atque callidus habitus est, qui aetati suae, Ecclesiae, patriae laudi fuit, gloria ipse inclaruit et maximis auctus est muneribus, idemque, ut doctissimo viro Æmilio Faguet videtur, « tempore quo vixit ea eloquentiae et religionis laude praefulsit qua sequenti saeculo Bossuetius, in rebus autem publice administrandis multo majorem auctoritatem sortitus est [2] ».

Jacobus Davy du Perron, anno 1556, in ea urbe natus quae a

1. *In urbem Sanlaudum carmen*, Sanlaudi, 1668.
2. « Il eut, à son époque, toute l'importance oratoire, toute l'importance religieuse, et beaucoup plus d'importance politique que Bossuet. »

Sancto Laudo nomen cepit, parentibus nobilibus[1] quorum in dominio erant vici qui Cretteville atque Longueville vocantur, puer reformatam a Calvino relligionem, cui familia addicta fuit, ipse secutus erat. Mox vero Protestantium dogma omisit catholicamque fidem amplexus est. Postquam litteris disciplinisque ediscendis sedula felicique cura studuit, adulescens Henrico III regi traditus est quem primum adiit cum Blesis conventus regni generales ageret; a quo benigne acceptus, inter aulicos comites adscriptus est, atque paulo post regius linguarum, mathematices, philosophiae professor atque magister renuntiatus est.

Aulicus poeta ab Henrico III jussus est versibus virorum feminarumque illustrium, qui e vita decesserant, memoriam celebrare, atque in primis Mariae Stuarti, Annae ducis de Joyeuse, reginaeque Catharinae de Medicis. In Valesiam Academiam adscriptus, brevi se eo studio notabilem fecit quo controversias quae de relligione movebantur appetebat ingenioque quo in orationibus fulgebat. Funebris laudatio quam mortuo Ronsardo cum maxima eloquentiae commendatione habuit, ipsius famam ad summum extulit. Neque eo tempore Perronius propria commoda utilitatemque neglegebat. Norunt omnes quam caute cum cardinali Borbonio egerit, maxime quanto studio qualive arte usus sit ut Henrici Navarrae, mox Galliae regis, sibi gratiam conciliaret, a quo etiam Ebroicensem episcopatum accepit. Tum sacerdos ordinatus episcopalique inauguratus consecratione impensius ad id incubuit ut Henricum IV, ejurata haeresi, ad catholicam relligionem adduceret. « J'ai suivi la fortune de Henri le Grand au fort de ses affaires », aiebat; « il me faisait l'honneur de conférer en secret avec moi des points de notre foi, pour se préparer à sa conversion. Je le ramenai par la grâce de Dieu, ou plutôt la grâce de Dieu par moi à la religion catholique[2]. » Quo tempore, per ea colloquia quae diutissime producta sunt, in quibus magna tractandarum rerum gloria clarus exstitit, quanquam eadem acerbis convitiis occasionem praebuerunt, id maxime egit ut Henricus a

1. Rem totam exquisivit jam atque explanavit P. Féret (*Le Cardinal du Perron*, p. 2). — Exstant adhuc posteri gentis ex qua ortus erat Perronius, ii maxime qui Davy de Virville vocantur, castellumque incolunt *Perronis*, in vico qui dicitur *Saint-Aubin-du-Perron* Constantiensis regionis.

2. *Harangue au Tiers État.*

Papa absolveretur, quod adjuvante in primis Arnaldo d'Ossat consecutus est.

Exinde summus in Gallia catholicae relligionis est habitus propugnator, cum assidue disputaret, scriberet, contionaretur, ut fidei integritatem defenderet eosque qui dissederant ad eam reduceret. Inter orationes quibus praesertim rei catholicae profuit, ea inter ceteras clara fuit, quam in colloquiis habuit quae Fontis Bellaquei dicta sunt; quae brevi toto orbe terrarum innotuit, eique summae victoriae laudem attulit. Quae post colloquia, papa, cum viro tantae pietatis ac doctrinae eminentissimam dignitatem jamdudum debitam esse existimaret, Perronium, anno 1604 ante diem XV kalendas julias, cardinalem creavit.

Paucis post mensibus Perronius Romam missus est ut apud Sanctam Sedem legatione fungeretur; quo in munere se gnarum maxime atque industrium semel iterumque in « Conclavi » praestitit, quo Romani pontificatus comitia transigebantur, cum electi sunt Leo XI et Paulus V. Anno 1606, Senonensis episcopus factus est, summusque, ut dicebant, Galliae eleemosynarius. Lutetiae Parisiorum mortuus est, nonis septembribus, anno 1618; quem non minus desideraverunt amici quam vivum formidaverant inimici [1].

Ea fuit, si paucis comprehendatur, vita summi viri, quem, ut videtur, Nicolaus Borbonius, in Franciae Collegio graecae linguae magister, eo elogio extollebat : « Vivet posthac aeternumque apud omnes gentes atque nationes gloria immortalis, quam ex Haeresi toties reportatae victoriae, acta in Italia Franciaque constituendis ac confirmandis Ecclesiae nutantis rebus felicia, justa et praeclara, libri denique, quos plurimos atque divinissimos incomparabilis ingenii clarissima monumenta reliquit, ei meritissimo pepererunt [2]. »

Magnae fuerunt profecto partes quas gessit Perronius; iis enim honoribus quibus est auctus, muneribus quae sustinuit, ipso rerum pondere quae eo legato peractae sunt, maxime illo splen-

1. *Disc. somm.*, p. 36.

2. « Sedem hanc, aiebat quoque Borbonius, mortali spolio decorat, caelum animo incolit, mundum sui fama implet..... visus est nihil ignorasse, tot vere miraculorum patrator quot voluminum scriptor. »

dore quo dignitatibus officiisque functus est, vir videtur unus e summis ejus aetatis qua regnavit Henricus IV, cujus temporis in rebus magnum certe momentum habuit. Cum gratia qua apud reges Galliae atque in aula Romana pollebat, tum proprio ingenio eaque voluntate qua omnia suo arbitrio regere studebat, plurimum neque una in re apud aequales auctoritate valuit. Quae auctoritas in carminibus quidem non tanti fuit momenti, maxime cum ea citius omiserit, sive sensit id sibi non esse ingenium quo palmam in eo genere consequeretur, sive res publicae praepotenti studio totam mentis intentionem occuparunt. Ipso tamen tradente ad Henricum IV adiit Franciscus de Malherbe, atque in aula acceptus est, qui linguam carminaque emendaturus erat. Ceterum Perronius scriptores virosque omnes litteris excolendis deditos fovebat, de tradendis disciplinis sollicitus erat, quo maxime curante in Regio Collegio bonarum artium studia latiore atque doctiore ratione instaurabantur, dignusque profecto erat qui litterarum dux summus (« le colonel-général de la littérature ») eo tempore diceretur. Inter omnes constat eumdem in rebus cum publicis tum ecclesiasticis multo magis valuisse. Sed hic quaerendum in primis venit num tanti momenti ejus auctoritas in eloquentia fuerit.

Multa sunt multiplicisque generis quae scripta reliquit Perronius. Inter praecipua opera referre decet poemata cum profana tum sacra, gallice translata aliquot Horatii carmina, partem etiam primi quartique Æneidos libri, hymnosque Ecclesiae non paucos. Soluta oratione vertit latinas contiones, epistulam finxit qua Paridi Helena responderet, libellum etiam scripsit in quo, commentatione de litteris moribusque instituta, disputatur de patrum filiorumque pietate qualis est apud Vergilianos heroas [1]. Multa in manibus habemus opera quae de religiosis controversiis scripta sunt vel ad tuendam catholicam fidem pertinent [2]. Exstat monumentum earum rerum quas gessit cum

1. Mirum est eum in libelli conclusione eo venire ut dicat : « Tous les amours, et l'amour semblablement de la bienveillance et de l'amitié, ont leur origine de l'amour de soi-même. »

2. *Réplique à la Réponse du Sérénissime roi de la Grande-Bretagne*, *Traité du Sacrement de l'Eucharistie*, *Réfutation de toutes les observations tirées des passages de saint Augustin, allégués par les Hérétiques contre le saint Sacrement*

Romae legati munere fungeretur (*Ambassades et négociations de l'Illustrissime et Révérendissime cardinal du Perron*). Idem librum de rhetorica arte composuit, politicas et academicas orationes, contionesque ad populum de relligione moribusque habitas reliquit.

*
* *

Vir ille, cujus tot tamque varia sunt opera, cujus partes in re publica maximae fuerunt, nomenque nondum evanuit, dignus profecto esset cui non modesta haec tantum quam instituimus commentatio dicaretur, sed totus liber qui tanti viri famae par esset. Sed ut aliquis digne tanti momenti opus absolvat, necesse sit eum et litterarum subtilem existimatorem esse et eumdem in historia, philosophia, theologia maxime versatum, ne magni ponderis quaestiones aut male intellegat aut obscuras relinquat. Fuerunt qui Perronii vitae operibusque carptim studerent vel vitam totam operaque complecti non ita felici successu tentarent. Utinam cardinalis ille aliquem sortiatur cui tantum sit ingenium, tanta scientia, id judicium otiumque ut aliquando perfecto opere viri praeclaram imaginem ad vivum effingat et repraesentet; operae certe pretium sit vitam illam perscribere operaque aequa existimantium trutina pensare. Nos vero, quos tot causae ab arduo illo labore removent, pro parte virili satis fecisse videbimur, si quae fuerit in Perronio dicendi facultas, perpensis oratoriis operibus, exquisierimus. Ea vero pars certe non parva est, nam in primis orator Perronius fuit; quique velit ei apte et in singulis rebus studere profecto legentes moneat etiam carmina quae scripsit librosque quos ad fidem tuendam edidit oratoria nota maxime signari. Immo quae de relligione composuit opera non pauca ad oratoriam rationem haud immerito referantur. Ea tamen certa de causa omittimus. Nobis enim visum est orationes academicas politicasque et ad populum habitas contiones ad propositum sufficere, ut res tota litterarum

de l'Eucharistie, *Réplique à la Réponse de quelques ministres sur un certain écrit touchant leur vocation*, *Actes de la Conférence de Fontainebleau*, *Réfutation du Faux Discours*, *Réfutation de l'écrit de Maître Daniel Tilenus*, *Examen du livre du sieur Du Plessis contre la messe*, etc.

ratione contineatur, vitatis illis religiosae controversiae spinis. Rem totam ea moderatione atque mensura tractare conabimur ut neque aemulum Ciceroni vel Bossuetio Perronium faciamus, et tamen illum in oratorum numero aliquo nomine dignum esse ostendamus.

CAPUT PRIMUM.

QUIBUS ARTIBUS PERRONIUS AD ELOQUENTIAM INSTITUTUS SIT.

Multa sunt quae apud hominem sive simul agunt, sive singula vicissim, sive amice conspirant, sive opposita sunt inter se, ad mores mentemque instituendam magnum momentum habent. Neque enim parum refert qua gente ortus homo sit, cum ipsa exemplis, consiliis, occulta vi generis atque avitae memoriae animum imbuat; jam vero disciplina qua educatur mentem doctrinis, voluntatem praeceptis regit; ipse denique vitae usus dum ostendit quam incertae sint res humanae quantaque caligine volvantur, prudentiam docet consiliumque acuit. Facile sit plerumque quaerenti deprehendere quid in instituendis viris, iis maxime qui aliqua ratione praestiterunt, singula effecerint; quae etiam apud Perronium adulescentem haud parum potuerunt.

Ipse pater, Julianus Davy du Perron, primae praefuit educationi, quem « doctissimum hominem fuisse » testatur Gulielmus Duval, regius philosophiae professor, « atque in omni artium genere versatum[1] », feruntque medicum primum, postea reformatae relligionis « pastorem » fuisse. Neque longum tempus, si iis credimus qui de vita Perronii scripserunt, prima scientia ediscenda, necesse fuit impendere, cum traditam doctrinam tanto studio acciperet tantaque facilitate arriperet; « plura una discebat hora quam quivis alius decem horis didicisset[2] » ; ut rem praedicando non tantum augeat Gulielmus Duval quantum prima fronte videtur, cum dicit « virum illum clarissimum vixdum

1. *Disc. somm.*, p. 2.
2. *Ibid.*

in lucem egressum amplissimae altissimaeque doctrinae argumenta dedisse[1] ».

Pater Perronium cito latinam linguam docuit quam brevi penitus novit. Immerito enim asseverat Tilenus Ebroicensem episcopum « ideo in controversiis latina lingua uti noluisse, quod in ea mediocriter esset versatus[2] », cum Perronius, in ea colenda puer exercitatus, eidem tota vita studuerit, ut aliquando dixisse feratur : « quae sint varia sermonum genera dijudicare possum, cum quinque et viginti annos totos consumpserim in volvendis omnibus optimis scriptoribus latinis, graecis, italis[3]. » Immo gallice vertendis imitandisque latinis carminibus[4] primos ipse versus fecit ; posteaque, suadente Henrico IV[5], locos Vergilii quosdam transtulit[6] ; quod studii genus adeo non spernebat ut diceret : « Aequum esset reges nostros pretia spectati ingenii viris proponere, qui certatim dignissimos oratores poetasque latinos gallice redderent, cum id ad augendam linguam nostram maxime conferret[7]. » Denique cum idem *Summae* studuerit Thomae Aquinatis Patrumque Ecclesiae operibus, licet existimare eum latinae linguae multo magis peritum fuisse quam Tileno placuit.

A puero etiam graecam linguam didicit hebraicamque, quam sine vocalibus (points-voyelles) legere potuit, adeoque familiarem habuit ut diceret « se assidua cura et labore in ea tantum profecisse ut meditanti hebraicae linguae sententiae verbaque suppeterent[8] ». Non immerito igitur titulo est auctus muneribusque

1. « Cet homme illustre, ayant à peine ouvert les yeux à la lumière, — que dis-je, celui-là n'a jamais été enfant, qui a été enfant de la sorte, — donna des preuves d'une science très étendue et très profonde. »

2. *Confession de Sancy*, La Haye, 1744, p. 537.

3. *Perroniana*, Art. *Style*.

4. Carmina Horatii gallice expressit hymnosque Ecclesiae atque maxime eum cujus prima verba sunt *Pange lingua gloriosi corporis*.

5. Ad dominum de la Court scribebat : « Je vous envoie un petit échantillon de traduction, que le roi me commanda de faire avant mon partement de Paris, pour divertir un peu mon esprit des études de théologie. » (*Ambassades*, p. 97.)

6. Sic in epistula ad Cancellarium de Bellièvre missa : « Comme les comédiens font des intermèzes de musique entre leurs actes, ainsi entre les actes de théologie, je me suis dispensé de faire un intermèze de poésie pour me délasser et récréer un peu l'esprit, qui a été de tourner la tempête de l'*Énéide* de Virgile en vers français. » (*Ambass.*, p. 95.)

7. Mlle de Gournay, *Les Advis*, Paris.

8. « J'ai fort étudié la langue hébraïque et je n'ai point trouvé de meilleur moyen pour m'y entretenir que de dire mon service en hébreu. Je ne le disais jamais que je

functus est regii linguarum professoris. Qua linguarum scientia fretus postea potuit dubiam controversamve Patris Ecclesiae vel Doctoris sententiam confirmare, varios eidem vocabulo subjectos sensus explanare, de constructione verborum quam syntaxin vocant disceptare, etiam de fide codicum disputare. Videtur linguarum scientiae ejusque quae nunc philologia dicitur ita studiosus fuisse ut de conscribenda « Gallica grammatica » [1] cogitaret.

Neque eas quas hodie scientias vocamus neglexit adulescens; mathematicam artem, physicam rationem, astronomiam ita cognitas habuit ut de eis commentationes orationesque posset componere [2]. Quare non immerito Henrico III ut vir doctus commendatus est eumque Davila litteratissimum eruditissimumque juvenem dicebat [3]. Jam vero La Croix du Maine [4] scribebat : « Is est dominus du Perron cui, in cognitione scientiaque linguarum, philosophiae mathematicarumque, nemo praestet eximiorum nostrae aetatis virorum. » Decem enim annos natus philosophiam coluit, maximeque Aristotelicae studuit rationi, in qua mire profecit, ut testatur Thuanus, qui eum in peripatetica philosophia versatum agnoscit [5].

Theologia ea erat quae Perronium maxime alliceret, non solum quod ad eam indole ac propria ingenii facultate ferebatur, sed quod ii sensus erant eaque cura quibus detinebatur animus, cum jam ad catholicam relligionem transiturus erat, ut ejusdem studio pretium commendationemque adderent. In id maxime incubuit ut Thomae Aquinatis opera intellegeret; atque ut penitus in relligionis scientia confirmaretur omnemque

n'eusse l'hébreu devant moi; je proférais les paroles latines. J'y ai tellement étudié que les conceptions me venaient en hébreu. » (*Perroniana.*)

1. « Le cardinal du Perron comptant les mots vrais et purs français, lorsqu'il méditait sa *Grammaire* », ait de Gournay, « n'en trouva que deux cents. » (*Les Advis*, p. 74.)

2. Anteloquium (*Avant-Discours*), ut Macrobii verbo utar, edidit, quo singulari libro praeiret qui inscriptus est l'*Univers*, quem Pontus de Thyard scripsit antequam ad Catalaunicum episcopatum assumeretur. Ipse in *Prima contione* promisit se de rebus quibusdam tractaturum quae ad physica mathematicaque pertinerent.

3. « Di profondissime littere e di grandissima eruditione. » (*Histor.*, t. II, lib. XII, p. 184.)

4. *Biblioth.* Art. *Jacques Davy du Perron.*

5. *Histor.*, t. V, lib. CI, cap. IX.

ambigendi dubitandique causam excluderet, patres etiam Societatis Jesu adiit [1]. Neque recentiorum theologorum opera omisit; magno studio atque pari utilitate Bellarmini libros perlegit [2]. Ceterum omnem discendae scientiae occasionem arripiebat; sedulo libros legit eorum qui ad tuendam « Protestantium » doctrinam scribebant, eosque notissimos habuit quos edidit vir in primis clarus du Plessis-Mornay. Cum theologis etiam Ecclesiae Patres familiares habebat, maxime sanctum Augustinum, cujus sententiarum altitudo, dialecticae subtilitas, orationis vis atque ipsum artificium summaque elegantia mentem delectabat animumque rapiebat.

Ea fuerunt quibus maxime studuit Perronius, tantaque cura in eo discendi fuit, ut jure doctus diceretur unusque ex eruditissimis ejus aetatis viris merito haberetur. Jam vero facilius intellegitur quid ea doctrina scientiaque fretus in animis audientium effecerit [3].

In ea vero institutione forsitan plura debuerit proprio ingenio laborique quam magistrorum praeceptis. Quaesitum est num magni fecerit sui temporis scholas eaque quae dicuntur gymna-

1. « Il alla plusieurs fois disputer aux Jésuites, où son erreur n'empêcha point, et ce comme par un privilège spécial accordé à son érudition peu commune, qu'il ne fût reçu avec toute sorte de caresse et d'applaudissement. » (*Disc. som.*, p. 5.) — Ceterum legitur in opere quod scripsit P. Carayon : « Sachant le bruit que faisaient les leçons de nos Pères, il eut envie de les entendre, mais la haine que lui inspirait le nom de jésuite le retenait. Cependant il se décida bientôt à venir entendre le professeur du Collège de Clermont, et, contre son attente, il se vit accueilli avec toutes les marques d'estime et de bienveillance. La solidité de l'enseignement du professeur et celle des élèves eux-mêmes dans l'argumentation, le frappèrent : bientôt, à moitié gagné, il entra lui-même en discussion et à plusieurs reprises... Bientôt Jacques Davy alla trouver le P. Gonzalez, pour discuter avec lui certaines questions de philosophie péripatéticienne : le professeur l'accueillit avec bienveillance et lui conseilla, pour achever de dissiper ses doutes, les *Commentaires de S. Thomas sur Aristote*. Obéissant à ce conseil, Davy se mit à l'étude de la *Somme*, et bientôt, comme nous l'avons dit, il ouvrit les yeux et revint à la véritable Église. » (*Documents inédits concernant la Compagnie de Jésus*, XXII.)

2. Ita doctrinae clarissimi cardinalis Romanaeque Ecclesiae propugnatoris confidebat, ut ad ejus opera in omni difficultate confugeret, soleretque dicere : « Eamus ad magistrum. » Cf. Fuligati, *Vie du cardinal Bellarmin, traduite de l'italien en français par le P. Morin*, Paris, 1625, p. 151.

3. « On eût dit, à l'ouïr, que Dieu lui avait donné toutes les sciences infuses, car il se faisait paraître en toute sorte de discours un puits de science, en résoudant toute sorte de difficultés qui se présentaient, sur-le-champ, comme eût fait un oracle. » (De Neuville, *Oraison funèbre faite sur le trépas de très illustre cardinal du Perron, archevêque de Sens*, etc. — *A Paris*, 1618.)

sia, asseveratque cardinalis de Richelieu optasse Perronium ut pauciora essent eaque meliora in quibus optimi magistri docerent studiosique adulescentes exercerentur[1].

Novimus Perronium toto vitae decursu acquirendae scientiae ferventi semper cupiditate indulsisse; feruntque eum confessum esse se in ea tanta vi incubuisse ut etiam animo deficeret[2]. Quod pertinax studium et investigandae scientiae cupiditatem et constantem animi intentionem, quoad vixit, retinuit, neque unquam molesto labore deterritus est vel exquirendi difficultate. « A libris abscedere non poterat, in quibus perlegendis saepissime octo novemve horas immotus permanebat, cum Aristotelem, Xenophontem, Plutarchum, Ecclesiae Patres, sancta Concilia sacrasque Scripturas assidua manu versaret[3]. » Ceterum in eam se consuetudinem adduxerat, quae vere scientiae studiosum hominem deceret, ut editiones non adhiberet nisi emendatas et in quibus nulla pars desideraretur ; amicitiis, dignitate, fama uteretur ut magnarum Europae bibliothecarum raros codices arcesseret; etiam legatum Constantinopolim missum, baronem de Salagnac, rogaret ut quos in ea regione optimos invenisset codices eos pretio compararet[4].

Ab initio intellexerat quantum ea studia ad instruendam mentem prodessent, quantam utilitatem afferrent in controversiis, quantum ad eloquentiam conferrent; sperabat se, cum graecos latinosque scriptores gallice verteret, ab oratoribus arcanas eloquentiae artes accepturum, poetis aliquid exquisitae venustatis surrepturum esse. Noverat in primis quanti ponderis futura esset certissima optimisque ex fontibus hausta scientia, theologiae doctrina quae semper aleretur, studio cresceret, quidquid novi repertum esset sedulo arriperet. Ipsa eruditio, qua aliquando eum intemperanter usum esse videbimus, suppeditabat in religiosis controversiis lepidos sales, argutas rerum significationes; fessam

1. « Beaucoup, » aiebat, « demeurent avec une médiocre teinture de lettres et remplissent ensuite la France de chicaneurs. » (*Perroniana.*)

2. « Jusqu'à la pamoison. » (*Perroniana.*) « Laisser l'étude au bout de deux heures », aiebat etiam, « c'est lorsque l'esprit commence à s'échauffer. Aux lettres comme aux armes, qui a soin de sa vie ne fait rien. » (De Neuville, *Oraison funèbre.*)

3. *Ibid.*

4. *Ambassades.*

mentem recreabat, aberrantem revocabat; argumenta acuebat, immo apud homines veterum studiosos, qui sententiis delectabantur ex antiquitate desumptis, rem totam trahere videbatur.

Cum intellexisset quanti momenti studia essent, etiam inter eas quae animum maxime detinebant occupationes, in negotiis difficillimis quibus totus abstrahebatur, semper ita tempus dispensavit ut aliquam partem scientiae impenderet. Mirum est eum tam actuosam vitam studiaque tam gravia conjungere potuisse; quod animi constantia pertinaciaque consecutus est. Libentissime in castellum Bagnoleti vel Condati ad Itonem sese recipiebat, ibique in quiete secessuque propitio sine intermissione in disciplinis elaborabat. Immo, cum eum negotia Lutetiam Romamve revocarent, gratissima studia non omittebat, eaque ratione sese ipse adstringebat ut tempus sibi reponeret quo eis vacaret; Romaeque, cum de re maxima arduique laboris ageret quae totam curam postularet, etiam illum de Eucharistia clarum librum composuit. Ceterum doctrinis ediscendis incumbebat, non utilitatis tantum, sed animi causa, quarum studio ipsa indole animique inclinatione addictus erat.

Haud minus profecit Perronius iis quae usu atque experientia didicit. Quas adeptus est dignitates ipse sibi propriaeque industriae maxime debuit; reputantique unde profectus sit et quo pervenerit mirum videtur quam singulari arte omnibus occasionibus usus sit. Cui multa ferenda fuerunt, angustiaeque temporum saepe superandae; nusquam vero a proposito deterritus est aut animum despondit, feliciterque e rebus ea retinuit documenta quae ipsae ferebant. Dicenda tacendaque callebat, notissimos habuit aequalium mores, rerumque quibus aderat spectaculo doctior atque ad omnia instructior evasit; ut ipso vitae usu quae ex disciplinis acceperat ea perficeret atque absolveret. Jam vero docti eruditique apud quos assiduus erat, ingeniosi homines, poetae, artifices quibuscum versabatur, nobiles viri, proceres, matronae a quibus benigne excipiebatur, regii principes regesque quorum patrocinio, etiam amicitia utebatur, inter eos referendi sunt qui in mente instituenda eloquendique facultate alenda atque augenda haud parum potuerunt; quorum commercio Perronii ingenium subtilius factum est, scientia major, mores elegantiores, judicium

politius ac remissius. Fatendum est etiam eum aequalium judicio plus aequo indulsisse; et quanquam, maturo ingenio, acceptam consuetudinem cohibere conatus est, quam detrimento sibi fore intellegebat, falsa opinione saepius raptus est. Raro enim fit ut scriptor aetatis suae receptum morem excludat, neque aliqua ratione ad arbitrium plurium fingatur. Sic aequalium studiis Perronius obsecutus est, et in instituenda eloquentia qualem coluit mos aetatis nimium valuit, ut ex ipsius orationibus manifestum fiet.

Quodsi ipsa ratio qua institutus est vitamque ipse rexit ea erat qua Perronius ad eloquentiam informaretur, maxime eo quod sortitus erat ingenio ad eam natus paratusque erat. Jam vidimus quanta facilitate studiis indulgeret, quantumque in eis proficeret. Erat enim in eo summa industria, mens alta atque vivida, rectum judicium, maxima ingenii celeritas, oratio festivitate et lepore condita, singularisque argute atque acute respondendi facultas; ut facile intellegas eum apud aulicos statim in miraculo fuisse [1]. Adde quod ei ingenio praesto erat memoria tanta quantam in alio fuisse vix suspicamur, si iis credimus qui cum Perronio vixerunt [2]. Quae ei multum profuit, cum commode suppeditaret ad firmanda proposita aptas narrationes, locos ex auctoribus opportune allatos, possetque ita argutius dicere atque in sermone historias serere, quibus plerique ita delectabantur ut ejus consuetudinem cupide appeterent. Haec autem omnia quae vel natura acceperat vel improbo labore adeptus erat ut in propriam utilitatem converterentur amplosque fructus afferrent, voluntatem sortitus erat Perronius firmam atque pertinacem. Non defuerunt qui ei exprobrarent quod omni conatu enisus esset ut ad summum fastigium ascenderet. Certe propriae fortunae ipse sibi maximus artifex fuit. Jam adulescens secum reputabat quo modo ex obscuro

1. « Il remplit toute la Cour de merveille et d'étonnement. » (*Disc. som.*, p. 4.)

2. Multa relata sunt, eaque, ut videtur, satis comperta, ex quibus liceat existimare quantum memoria Perronius valeret. Anno 1585, in *collegio de Boncourt*, doctus quidam vir, Matthaeus Bossulus, coram Perronio, Cujate, Scaligero, Baifio, Portaeo, per horam et dimidiam, de ipsa oratoria arte orationem habuit; quam tertio post die Perronius totam recitavit iisdem verbis cum iisdem e prioribus auctoribus desumptis locis. Alias, cum poeta versus a se factos coram Henrico III legisset, Perronius qui tum regius lector erat : « Hi versus mei sunt, inquit, eosque ad verbum referam »; quod ita certe atque fidenter fecit, ut eum vera asseverasse crederes.

loco emergeret atque claresceret. Ubi ad aulam venit, ingenium ita commendavit ut nemo cum eo contendere auderet. Ut famam augeret, adversarios ultro provocabat, isque videbatur qui semper contendere cuperet, cum se in omni disceptatione victorem fore intellegeret. Sententias quas coram rege propugnaverat figendo proponebat, poscebatque qui contradicerent, et cum nemo procederet, ipse in pulpita ascendebat, ut proposita confirmaret. « Augustinorum » auditorium id maxime fuit in quo prodire in scenam solebat. Prodibat vero militari more indutus gladioque praecinctus; frequenterque veniebant qui audirent et mirarentur. Neque, cum primas palmas esset adeptus, in otio requievit; sed cum intellegeret laborem profectumque necessarium esse ut fama firmaretur et cresceret, ab opere et studio nunquam cessavit.

His maxime artibus Perronius ad eloquentiam institutus est; quæ institutio certe seria, ut vidimus, operosaque fuit; neque imperitus erat tiro cum in certamen processit. Nonne ipse ante in se effecerat quod sæculo post proximo Fenelonius optabit : « Je voudrais qu'un orateur se préparât, longtemps en général, pour acquérir un fonds de connaissances et pour se rendre capable de faire de bons ouvrages. Je voudrais que cette préparation générale le mît en état de se préparer moins pour chaque discours particulier. Je voudrais qu'il fût naturellement très sensé et qu'il ramenât tout au bon sens, qu'il fît de fortes études[1]. »

1. *Lettres sur les occupations de l'Académie française.* § 4, Projet de rhétorique.

CAPUT SECUNDUM.

QUID DE ELOQUENTIA PERRONIUS SENSERIT.

Priusquam Perronii oratoriis operibus studeamus, utile erit quaerere quam esse eloquentiam existimaverit, quantique eam fecerit. Etiam si de ea re nihil scriptum reliquisset, quid de ea senserit ex ejus orationibus conjicere liceret; nunc vero opus in manibus habemus cui inscriptum est : *Avant-discours de Rhétorique ou traité de l'Éloquence*. Quod, ut videtur, eo tempore composuit quo regius professor erat; suspicari licet illa quae magistrorum more praecepta tradiderat eum collegisse atque in unum compegisse; forma certe scribendi oratoria est contionatoremque redolet.

Plerumque, ut Perronii fert sententia, qui vult alios scientiam aliquam docere, primum eos admonet quae sit illius utilitas, praestantia, dignitas; eloquentiae vero quantum sit momentum quantaque gratia cum omnes agnoscant, ipse haec praefari omittit. Animadvertit vero in populari maxime re publica eloquentiam decus adeptam esse atque auctoritatem, cum ea sit quae animos multitudinis tractet ferocissimosque populos domare possit. In regnis contra, cum penes unum sit potestas, pauciores habet occasiones quibus illustretur, quanquam honeste prodire potest in regiis consiliis atque in eo regni concilio quod « parlamentum » dictum est. Oratio ipsa optima res est, cum voce homo ab animali distet. Ea quidem olim horrenda mala attulit; sed ei immerito haec incommoda crimini vertas, cum ex eorum vitio orta sint qui ea male utebantur.

Postquam rettulit eloquentiam maximo labore comparari paucosque semper fuisse egregios oratores, quaerit quibus virtutibus constet perfectus orator; quo nomine ut aliquis dignus sit,

necesse est diu in universo disciplinae genere laboret, ut amplissimam rerum omnium scientiam comprehendat, lingua atque sermone magnifico copiosoque utatur, memoria apta et facilis accedat quae argumentorum historiarumque thesauros suppeditet, denique ipsa actio grata sit atque decora. Tum varia orationum genera dividendo distinguit, publicas contiones quas habent homines qui in rebus administrandis versantur, judiciales disceptationes quae patronorum sunt atque causidicorum, sermones quibus de relligione disserunt viri Ecclesiae ministerio addicti. Mox quaerit Perronius praeceptisne superari possit tanta eloquentiae difficultas, an ipsa tota e natura pendeat. Id oratori propositum est ut causam obtineat; qua si conciderit, non ideo infans reputandus est. Jam vero ars eloquentiae necessaria est, cum dona naturae ea sint quae moderatore indigeant. Quodsi quaeratur artisne an naturae major pars sit in eloquentia, fatendum est quidem eam natura primum niti; nam antequam eloquentiae leges collectae essent atque descriptae, homines sua sponte exordiis, narrationibus, perorationibus utebantur. Ars tamen eloquentiae omnino necessaria est, cum receptum sit atque in proverbium venerit « fieri oratores », ea vero ars quae exercitatione perficiatur : praecepta enim usu remoto nihil prosunt. Quare necessaria est primum natura, tum praeceptorum scientia, deinde optimorum oratorum imitatio, denique usus atque exercitatio.

Quem tractatum Perronius absolvit de re captiosa atque futili disserendo utrum in contemplatione, an in actu, an in effectu eloquentia maxime constet; quae, ut ipsi videtur, plerumque actuosa est, quandoque tamen contemplativa atque effectiva. Ubi vero vanae subtilitatis irritique acuminis viam est ingressus, in ea libenter excurrere videtur, atque impedimenta quaerere ut venuste ea saltu superet; sic serio quaerit utrum bene loquendi an bene dicendi scientia sit rhetorice, quam concludendo ea ratione definit : « La rhétorique est un art de bien et proprement parler de tout sujet proposé, et a pour sa matière toutes les choses vraisemblables qui peuvent tomber en discours entre les hommes. »

Num necesse fuit Perronium librum scribere ut pervulgata pleraque proponeret, nec fere quicquam novi ac proprii affer-

ret? Ipse enim, Ciceronis memoriae plenus, saepissime ea tantum rettulit quae maximus orator edixerat; quem si non certa ratione vertit, aperte secutus est. Fatendum tamen argumentum illud nondum id eo tempore fuisse quod nostra lingua tractari soleret, quanquam jam prodierant « *La rhétorique de Pierre de Courcelles* » opusque Petri Fabri : « *Le grand et vray art de plaine rhétorique* »; nam multo majoris momenti liber (*Traité de l'Éloquence française*), quem scripsit Gulielmus du Vair nondum editus erat.

Perronius in commentarium maxime locos communes recepit, eaque quae ad universi generis quaestiones referuntur atque in contemplatione et consideratione magis continentur quam in actu et in effectu[1]. Pauca tantum passim affert quae ad usum pertineant, atque ea fere quae necessario de eo proposito disputanti occurrebant [2].

Perronius artem suam plurimi fecit. Exemplum Ciceronis secutus, qui eos inter homines deos esse dicit quibus naturae dono facundia contigit, ipse de eloquentia praedicat « eam unum ex amplissimis praemiis esse quibus hominum studia laboresque honestare Deus dignatus sit ». Quam sententiam ut confirmet, claros duces facilius inveniri asseverat quam magnos oratores, atque Athenas Romamque, cum tot egregios genuerint milites, paucissimis tantum vero nomine dignis oratoribus gloriari.

1. Multi enim prius de eloquentia dixerant : « L'éloquence manie les assemblées des hommes, se rend maîtresse de leurs affections, tourne leurs volontés où bon lui semble et les retire de là où il ne lui plaît pas qu'elles soient inclinées. C'est par elle que les peuples les plus farouches et jaloux de leur liberté reçoivent volontairement le joug et la servitude des lois pour l'établissement et la conservation des républiques; car, encore que les institutions de la vie civile soient belles et favorables d'elles-mêmes, si est-ce qu'elles ont bien plus d'efficace à dompter les âmes simples et populaires quand la splendeur et la majesté de l'oraison illustre la beauté, l'excellence et la dignité des choses. »

2. Sic, cum animadvertit bellorum civilium tempore plerumque fieri ut « ceux qui montent aux chaires publiques et se savent aider des armes de l'éloquence peuvent beaucoup pour précipiter le peuple aux désordres, insolences et confusions, ou pour l'en rappeler et divertir », id quod sponte consequitur non potuit ipse non annotare : « Ceux qui ont excité les guerres civiles et semé les premières étincelles de ce grand embrasement qui dure encore maintenant n'ont point trouvé de plus propre instrument pour servir à leur ambition que l'éloquence de certains esprits populaires, lesquels mêlant en pleine chaire les matières d'État avec celles de la religion, ont apporté le changement que nous voyons en l'un et en l'autre. »

Leges vero atque conditiones eloquentiæ dum constituit, dicas eum propriam rationem definire atque describere. Certe id quod proposuerat praecipiendo ipse in se maxime effecit. « Il faut, » ait, « que la vraie éloquence naisse et fleurisse de la connaissance des choses, comme la plante de sa racine. » Novimus vero quo studio quantaque relligione disciplinis incubuerit, qua cura ad oratoria certamina sese comparaverit quae sustinenda fuerunt. Ceterum ex ejus orationibus facile compertum habemus quantam omnis generis doctrinam comprehenderit; et cum ipse tantam scientiam ab oratore postularet, ingeniosamque elegantiorum hominum facilitatem respueret qui inani sententiarum concinnitate contenti sunt, is erat certe qui vitium illud jure castigaret, cum ipse rerum scientiae plenus esset doctrinaque abundaret quam densa et pressa argumentorum ratione adstringeret. Nolit tamen Perronius oratorem in nuda ac frigida eruditionis ostentatione consistere; quanquam vult eum in eloquendo eruditissimum videri, orationem non probat nisi insigni forma vestitam [1]. Quod vero ipse in disputationibus et maxime in eis controversiis quae de relligione ortae erant ei praecepto saepius obsecutus est, atque eum plus aequo imitatus est Ciceronem, « qui se servait en ses causes non seulement d'armes tranchantes et acérées, mais aussi claires et reluisantes et qui éblouissaient les yeux de ses ennemis », ideo adversarii loquacitatem exprobrabant, accusabantque quod « aera verberaret [2] ».

Haec omnia, ut cuique consideranti liquet, jam usu recepta erant atque omni aetate celebrata [3]. Alia etiam proposuit Perronius pecularia magis, neque omnia existimantium arbitrio probanda; quae proprii judicii notam referunt aequaliumque studia quae fuerint declarant : « Il faut une certaine adresse et dextérité à trou-

1. « L'orateur doit être riche et abondant de beaux mots, de belles constructions, de belles figures, pour revêtir et orner les conceptions de son esprit, parce qu'encore que les choses soient comme les os, les nerfs et les muscles de l'oraison, si est-ce qu'elles ont besoin de peau, d'enbonpoint et de couleur pour leur donner la grâce et la beauté. »

2. *Confession de Sancy*, p. 253.

3. Idem eos quicumque de eloquentia praeceperant sequitur Perronius, cum affectibus vim maximam tribuit, agnoscitque quam necesse sit eos ab oratore moveri.

ver des rencontres et des bons mots, une galanterie qui sente son homme bien nourri et institué, une promptitude à attaquer et repartir, mêlée et assaisonnée de grâce et de civilité. » Quae facetiae, quocumque nomine gallice (rencontres, bons mots, galanterie) vocantur, saepe animadvertimus quanto damno in omni genere eloquentiae, cum publicae, tum judicialis, tum etiam sacrae, ea aetate grassatae sint ac saevierint. Quo tempore pravam aequalium consuetudinem praecipiendo venditabat Perronius, eidem, cum sollemni usu esset recepta, si ausus esset resistere, male, ut videtur, exceptus esset, cujus nondum notum erat ingenium nec commendata auctoritas. Eam vero probando cum magno studentium damno augebat. Qui enim audiebant legebantve, cum ad eloquentiam informari cuperent atque ad eam temporis consuetudinem jam sua sponte ferrentur quae eis arrideret, in eo consilio propositoque firmabantur ut quod probabatur, immo praecipiebatur, libentissime arriperent. Quare desiderandum est atque deplorandum quod, cum improbandum esset pravum saeculi judicium, Perronius in libro qui de eloquentia erat, jam pronos ad pejora aequales visus sit impellere. Facetiae illae, quas in tanta commendatione habebat, non eae erant quibus locus esset apud oratorem; neque probandae erant, sed ab orationibus, maxime a publicis religiosisque contionibus, omnino arcendae.

Alia sunt, neque ea sine arbitrio atque delectu accipienda, quae suadet Perronius, eaque auctorem aetatemque redolent; vult enim « oratori historiarum atque exemplorum thesaurum suppetere quibus opportune utatur ». Novimus vero quam intemperanter pulchris illis historiis usi sint oratores Perronii aequales, neque jure eas tanti fecerunt. Loci quidem opportune allati, lepidae quae ad rem maxime pertinent fabellae atque narrationes, molestam aequabilioris orationis similitudinem varietate distinguunt; ea vero parce adhibenda, multaque arte adducenda. « Sic utendae, ait Salesius, profanae historiae quemadmodum fungi, parce admodum, et ad proritandam orexim duntaxat, et quidem tum bene adhuc praeparatas et conditas esse oportet. » Molesti autem sunt audientibus legentibusque arcessiti longius auctorum loci, quos nec ipsa argumentorum attulit

ratio, neque sponte obtulit sententiarum similitudo, cum ita videantur prius quaesiti ut longis ambagibus et vana verborum explicatione adducerentur. Ea vero aetate qua tractatum de rhetorica Perronius componebat, pauci erant qui in eloquentia ea frugalitate quam laudat Quintilianus et veritate delectarentur, et plerique, ut docti et « in antiquitate versati » viderentur, in omnia vitia incurrebant.

Actionem vero oratoriam adeo non negligit Perronius ut contra eam plurimi faciat, cum velit oratorem eniti ut actione grata ac venusta commendetur. Num vero eam apte descriptam habet vel ipsi praecipienti obsequendum est, cum de actione dicit : « Elle consiste en une douce et harmonieuse conduite de la voix, en un plaisant et gracieux aspect du visage, en une bienséance de gestes et mouvements de tout le corps. » Quod praeceptum si quis ad verbum sequatur, nonne putidius quam eloquentius dicat. Sunt enim oratorii motus qui sponte nascuntur, sensus quos ipsa natura significat, qui veris oratoribus, dum praecepta nihil curant, ipsi suppetunt. Immo plurimi sunt affectus quos non deceat lenitudinis illius concinnitas quaesitusque atque compositus habitus; cum generosus effertur animus, cum orator indignatione exardescit, inepte suadeat qui eum moneat de Perronii consilio jubeatque « lepidum illum atque venustum oris habitum » servare. Forsitan Perronius, disputandi ardore raptus impetuque controversiae, non raro a praecepto quod instituerat ipse discesserit [1].

Cum ita de eloquentia tractaret, vix fieri poterat ut in id non incideret quod in proverbium venit, « nasci quidem poetas, fieri autem oratores ». Rem in scholis sollemni more disputatam non

1. Rectius sentire videtur Perronius cum dicit : « Les lettres ne diminuent ni n'amoindrissent la vigueur de l'éloquence. » Illis qui id non aequo jure contendunt, id concedit « qu'elles ôtent quelque chose de cette véhémence et abondance de langage que quelques-uns ont naturellement » ; subdit vero statim : « mais elles en ôtent ce qui est superflu et vicieux. Il est très certain que ceux qui disent inconsidérément et sans art tout ce qui leur vient à la bouche, ont bien ordinairement un plus grand torrent de paroles que les autres. Mais cette véhémence, par faute de règles et de conduite, retourne presque toujours à leur confusion, tout ainsi que ceux qui n'ont pas appris l'art et la dextérité des armes semblent quelquefois se précipiter plus furieusement aux coups que les autres; mais ce qui arrive de cette violence ignorante, c'est que la plupart du temps, ils s'enferrent eux-mêmes, et qu'avec peu de peine l'adresse de leurs ennemis soutient et ruine toutes leurs furies et tous leurs efforts ».

omisit Perronius. Non dubitat quidem fateri quae sit in oratore informando vis naturae [1]; plus tamen arti manifesto tribuit : « En un excellent orateur la gloire de l'éloquence dépend plus de l'art que de la nature. » Quod fortasse expressius sit significatum quam validius confirmatum. Certe eam oratoris speciem animo conceperat Perronius, illum eo studio ac labore informari atque institui volebat, ut facile arti praeceptisque plus aequo tribueret. Ceterum ipse dum quae sibi ars esse videatur aptius definit, quod in proposito nimium fuit corrigere curat [2].

Denique tironibus eam commendat quam « Pleias » tota plurimi fecerat, in qua ipse elaboraverat [3], cujus utilitatem agnoverat, veterum imitationem. Quod consilium jam in scholis receptum erat, cum adulescentes clara maximorum oratorum opera vertendo ad eloquentiam instituerentur. Ratio quidem optima sit, si bene intellegatur : maxime eorum operibus studendo qui in eloquentia praestiterunt, artem divitiasque quibus abundant surripere possumus. Non tamen sine ulla exceptione et temperamento in Perronii sententiam ire decet; nam si labor imitatione tantum contineatur, in periculum incurrat orator ne, dum aliena appetit levemque vix umbram consequitur, quod proprium est amittat. Ea demum vera est imitandi ratio qua ab aliis discamus quomodo eos, si fieri potest, superemus; quae proficiendi atque progrediendi lex est, eaque cum ad ceteras artes tum ad eloquentiam pertinet.

Sic, ut videtur, nihil ille rhetorices tractatus affert quod Perronius ipse per se invenerit, atque communibus plerumque sententiis et praeceptis continetur; ut proposito tantum operis

1. « En une terre sèche, pierreuse et décharnée, l'agriculture ne fera nul effet, à cause que sa stérilité ne pourra être domptée par aucune industrie; en un fond gras et fertile, encore y naîtra-t-il des herbes et des fleurs, même sans labeur et sans artifice. »

2. « Quand je dis que l'art obtient le principal lieu en l'éloquence, j'entends l'art accompagné d'exercice, et non pas une nue tradition de préceptes; car, comme l'usage sans l'art est aveugle et téméraire et peut aussitôt rencontrer mal comme bien, aussi l'art sans exercice est faible, impuissant et ocieux. Je veux donc que l'orateur fasse état des préceptes, mais qu'il ne s'y fie pas tellement qu'il oublie le soin de les réduire en actes, car il faut qu'il s'avise, comme j'ai dit, que l'art est froid et stérile de lui-même, et qu'il ne produit rien s'il n'est excité et échauffé avec un bon exercice. »

3. Jam de eis contionibus mentionem fecimus quas Perronius e latinis scriptoribus verterat; quae in « Bibliotheca nationali » (fonds Dupuy, mss. 591) asservantur.

nostri ad id adducti simus ut de eo fusius diceremus. Inde tamen discimus quid Perronii aequales de eloquentia senserint, quam ipse eloquentis viri speciem animo conceperit; quae ab opinione tum apud omnes recepta non recedebat. In proponenda doctrina, non is est qui aliquid novi audacter afferat vel quod traditum est sapienter mutet. Cum emendanda essent multa et gravia vitia aperiendaque via nova, ipse satis habuit in commentarium id referre quod tunc omnibus probabatur traditumque morem sequi. Quo tempore scripsit, forsitan ea prudentia fuerit; quamvis enim clara spe fulgeret, certam auctoritatem nondum erat adeptus. Immo, etiam si in eloquentia non pauca mutanda esse sensisset, ea erat indole atque prudentia ut a novis consiliis caute fortasse abstineret. Hoc saltem in eo libro probandum est quod gallice scriptus est lingua quae satis facilis atque expedita videbitur, si respexeris qui fuerit auctor et quae fuerint tempora. In eo quidem non pauca notabis implicata et tortuosa in quibus sententia haereat; plerumque tamen scriptori, cum rem de qua disserit apte comprehensam habeat, ita lingua suppetit ut ad arbitrium flectat.

Quaerendum nunc superest praeceptisne Perronius usus sit omnibus quae instituerat, immo quaerendum nonne iisdem intemperantius usus sit. Videndum etiam quae apud eum in vario eloquentiae genere naturae pars fuerit, quae artis, et utra ad augendam facultatem famamque illustrandam magis contulerit.

CAPUT TERTIUM.

QUID IN ACADEMICA ELOQUENTIA PERRONIUS VALUERIT.

Novimus quae fuerit illa regiae aulae Academia, quam, suadente Guidone de Pibrac, instauravit Henricus III, in qua coram rege « on traitait de philosophie, de rhétorique, de poésie et de toute autre matière[1] ». In ea Jacobus du Perron inter ceteros sodales unus maxime assiduus fuit. « Cum rex, ait Claudius Binet, regiae suae Academiam instituere voluit, eruditissimos regni viros elegit, ut litteras minore labore disceret, dum eximias orationes audiret... quas singuli vicissim atque certo ordine habere debebant; quos inter in primis electi sunt cum Ronsardo Guido de Pibrac... doctissimusque du Perron[2]. »

Fieri non poterat quin Perronius noster maxime emineret inter clarissimos docti collegii sodales. Cui oratoria ipsa indoles miraque eruditio magnam in disserendo utilitatem afferebat; isque profecto erat qui aptius de philosophia dissereret quam elegantiores illi poetae qui jubente rege subito philosophi facti erant. Qui cum impediti essent molestaque difficultate afficerentur, ubi ad arduas quaestiones accedendum erat in quibus parum erant versati, verecundeque regis voluntati refragarentur, Perronio ludus erat de philosophia moribusque disserere, libentissimeque in exponendis, confirmandis, confutandisve sententiis morabatur.

Duae certe ad nostrum tempus servatae sunt ex orationibus quas in illa Academia habuit. Altera, in qua « de Anima » dis-

1. Sauval, *Recherches de l'Histoire de Paris*, X, 490 et seq.

2. Cum Claudio Binet concinit Carolus Sorel, dum in illa nota oratione (*Discours sur l'Académie française*) dicit : « Le roi Henri III a fait tenir quelque temps devant lui une Académie où se trouvait Desportes, abbé de Tyron, et M. du Perron, lors lecteur du roi, avec quelques autres savants du siècle. »

putatur, tota rerum definitione argumentorumque collectione continetur; ut non oratio ipsa, sed orationis summa quaedam videatur [1]; in qua forsitan Perronius contionis majoris momenti quam habiturus erat prima tantum lineamenta describendo duxerit. Etenim, cum alibi soleat sententiam per multos gravesque verborum ambitus circumducere, hic singula orationis membra minutiora sunt, particulae incisae, uno eodemque pacto adstructae, atque ipsae non semel solutae atque incompositae [2].

Altera, quam in eadem Academia habuit, oratio aptioribus sententiis numerisque est adstricta, ut merito existimemus eam ad nos pervenisse totidem verbis quot recitata est. Quae, ut facile videbitur ex breviore quod in Appendice addidimus [3] summario, erudita potius est disputatio de philosophia instituta quam vera proprii nominis oratio. Crebrae sunt ac pressae eaedemque inter se aptissime conjunctae sententiae. Quae ingenii aciem significant, disserendique vim atque acumen declarant quod non invenias apud alios clarissimosque ejusdem Academiae socios, quales fuerunt Ronsardus, Portaeus, Bertaldus, ut alia nomina non afferam; quorum in orationibus, quanquam graviorem habitum induunt, perlucet poetarum natura. Difficultatem, si qua occurrat, apta celeritate eludendo vitant; atque ut dubium argumentum explicent et expediant, vel historiam referunt, vel locum ex veterum operibus desumptum afferunt. Dicas eos plerumque argutas similitudines comparationesque potius aucupari quam veras certasque rationes quaerere. Perronius vero is est qui de re acrius meditetur graviusque loquatur; philosophiam quasi propriam sibi provinciam vindicare videtur, in qua assidue perambulet eosque qui invisere cupiant honeste, quasi dominus sit, accipiat liberaliterque deducat. Ceterum dux ipse certissimus est, locorum regionumque peritus, isque qui audientes non semel

1. Cujus orationis brevis descriptio in Appendice addita est.

2. Hoc ipsum est orationis initium ad verbum relatum, cum in ceteris partibus eadem sit siccitas, eadem molestia, eadem verbi quod substantivum vocant geminatio atque repetitio : « Tout ce qui *est* en l'âme, y *est* ou acquis ou né : s'il y *est* acquis, il s'appelle habitude ; s'il y *est* né, il s'appelle puissance naturelle de l'âme. Si ce qui *est* en l'âme *est* habitude, elle *est* ou de l'entendement ou de la volonté ; si elle *est* de l'entendement, elle *est* ou pour connaître simplement ou pour faire. Si elle *est* pour connaître, elle *est* de deux façons, etc... »

3. Cf. Appendic.

delectet, semper doceat. Cum ipse copiosus divesque sit satis nec necesse habeat quicquam ab aliis mutuari, parce locos veterum affert; immo eosdem forsitan omittat, nisi receptae consuetudini obsequi velit, cum non audeat eidem obsistere ne regi molestus sit et ingratus. Statim in medias res auditorem rapit, et ab initio ad finem argumentum prosequitur ea sententiarum firmitate quae virum sui propositique omnino compotem declarat.

Quae oratio, *de Rerum Cognitione*, ut ipse fert titulus, instituta, dum notas facit quasdam in Valesia Academia receptas consuetudines, eadem illam Henrici III speciem refert quae nova plerisque videatur. Cum disputatio, post auditam orationem, inter sodales oriebatur, quae saepe ardua, ut res ferebat, atque paulo acrior evadebat, in ea non parva regis pars erat; ipse de re proposita facile atque solute disserebat, locosque libenter ex antiquitate afferebat, quos non semel propria ratione, neque ab omnibus recepta, interpretabatur [1]. Cujus orationis ipsa satis declarat conclusio in illa Academia non de ea tantum philosophia quae in contemplatione ponitur, sed de moribus disputatum fuisse. In ea enim Perronius id maxime confirmat inter cetera quae hominem cognoscere deceat ipsum hominem in primis cognoscendum esse; qua ex ratione ea praecepta deducit quae ad mores regendos pertineant.

Iterum auctor noster jubente rege disseruit [2], cum morales virtutes easque quas theologicas dixerunt contulit et comparavit [3]; eaque oratio forsitan digna videatur quae mentem magis teneat quam duae de quibus supra meminimus; non adeo longa est,

1. « Il me semble, Sire, que ce que Votre Majesté disait, l'autre jour, d'Horace, touchant ce qu'il met la félicité de l'homme à ne rien admirer :

> Nil admirari, prope res est una, Numici,
> Solaque quae possit facere et servare beatum,

vient bien à propos; car il faut entendre par ne rien admirer savoir toutes choses. »

2. *Discours sur la comparaison des vertus morales et théologiques, fait par le commandement du roi Henri III, par Jacques Davy du Perron, lecteur de la chambre du Roi;* cujus orationis compendium in Appendice descriptum est.

3. Inter priores sapientiam, temperantiam, justitiam annumeravit addiditque : « Les vertus théologales sont la foi, l'espérance et la charité, sur les ailes desquelles notre âme abandonnant la terre et les pensées basses et corruptibles est portée et enlevée au ciel et volant véritablement à Dieu se rend compagne des Anges et des intelligences célestes. »

neque molesta affectatione legentibus gravior. Dicas illam ea nota magis insignitam esse quae virum pium ac religiosum declaret quam aliae quae in regia Academia auditae sunt libenter orationes; quare non immerito suspiceris eam non in Valesia Academia habitam esse, sed in Vicennensi « Congregatione », cujus etiam collegii sodalis erat Perronius.

Norunt omnes quam mira fuerint Henrici III studia, ut nonnunquam desipientis viderentur. Incertum an inquietam conscientiam immoderatae insolentisque relligionis superstitionibus placare voluerit. Certe « Poenitentium » sodalitates instituerat quarum mirificae pompae, cum sollemni ritu procederetur, ipse adesse solebat. Libentissime vero in « monasterium » Vicennensis nemoris[1] conveniebat, quo in monasterio sedebat « *la Congrégation de l'oratoire de Notre-Dame de Vie-Saine* », cujus regiae sodalitatis amici principis aulicique participes erant. Qui, cum magnificis delectaretur orationibus, ut suopte ingenio ferebatur, decrevit ut singuli in vicem sodales de theologia dissererent[2]. Ipse legi quam tulerat ultro paruit; nam refert Petrus de l'Estoile Henricum III sub finem mensis septembris anni 1585 contionatum esse.

Servata est nobis una saltem Perronii oratio, *Discours spirituel sur le premier verset du Psaume* CXXII. Cui orationi praefixa est dedicatio in qua semel iterumque declarat eam recitatam esse præsente atque jubente rege; postquam eos laudavit quoscumque rex adhibuit in hujus modi contionibus, Perronius, dum blandiendi libidine quadam rapitur, ipsum principem extollit ea laudum intemperantia quae non vilis tantum sed fere incredibilis videatur[3]. Ipsa oratio admodum longa est, cum in

1. Id monasterium primo Grandimontensis ordinis « prioratus » fuerat. « Le roi Henri III », ait Paganiol de la Force, « par un traité fait en 1584 avec François de Neuville, abbé de Grandmont, détacha le monastère de Vincennes de l'ordre de Grandmont et lui donna en échange le collège Mignon, situé à Paris, dans le voisinage de Saint-André-des-Arts... Le roi Henri III était pour lors incertain de l'Ordre régulier à qui il donnerait ce couvent. En effet, il changea trois fois de résolution en moins d'un an. D'abord il y mit les Jéronymites de Pologne, puis des Cordeliers et enfin des Minimes, tirés du couvent de Nigeon, qui en prirent possession le 17 d'octobre de l'an 1585. » (*Description historique de Paris et de ses environs*, t. IX, p. 512-513.)

2. *Disc. somm.*

3. Licet sane dicat : « Combien votre Majesté use dignement du temps, quand Elle se retire en ces lieux de solitude et de dévotion » ; sed quo nomine eum vocabis qui

codice maximi moduli quattuor et quadraginta complectatur paginas, eademque pressa philosophiaeque sententiis creberrima, ut magis commentatio quam contio videatur. Si ii auditores fuerunt qui dicentem attente sequerentur et facile intellegerent, profecto in philosophia maxime versati erant copiosaque eruditione instructi, cum oratio ne legentibus quidem facilis sit intellectu. Eorum vero patientia perseverantiaque tam laudabilis quam mirabilis fuit; ea enim erat oratio quae per tres vel quattuor continenter horas duraret, queriturque orator quod spatio artiore sit impeditus [1]. Immo, nisi vereatur taedium afferre piae coronae, quanquam sperat se adhuc ei gravem non fuisse, diutius longiusque contionetur atque propositam sententiam fusius explicet. Certe profitetur se, cum primum occasio se dederit, id quod defuit supplendo pensaturum esse [2]. Quae professio hodiernis auditoribus aliquid molesti minacisque denuntiare visa esset quo patientissimi etiam arcerentur; eo vero tempore optime accipiebatur eosque alliciebat ut plures frequentioresque adessent.

Andegavensis ille episcopus Freppel, cum professor in Sorbonnensi cathedra de eloquentia disputaret, eam Perronii orationem inter maxime conspicua opera illius temporis recensuit [3]; qua in laude certe immodicus fuit. Forsitan acutius viderit, cum quaereret nonne eam in oculis haberet Fenelo, cum paginas quasdam Tractatus illius « *sur l'existence de Dieu* » scriberet; profecto easdem sententias fere eisdem verbis figurisque expressit quibus Perronius usus erat.

Eae sunt maxime nomine dignae contiones quas Perronius in

tam humiliter ac demisse aduletur : « En une saison corrompue comme est la nôtre et où les mœurs sont si inclinées au mépris de la religion, la Providence de Dieu nous a donné un chef qui peut servir de règle de dévotion et de piété à tous ceux qui vivent sous son obéissance. Nous vivons sous le règne non seulement du plus courageux et plus valeureux, mais même du plus saint et plus religieux prince qui ait jamais porté couronne sur la tête ».

1. « Le temps qui nous a été limité pour nous acquitter de ce discours ne nous permet pas d'insister si longuement sur ces deux parties, comme nous l'avons fait sur le premier article. »

2. « Nous laisserons la suite de ce discours, et en remettrons la continuation à quelque autre fois que nous aurons cet honneur d'en parler plus amplement et dignement devant Votre Majesté. »

3. Freppel, *Neuvième leçon*, p. 200.

his academicis religiosisque conventibus habuit quibus assidue aderat. Profecto non eae sunt quas omnibus numeris absolutas dixeris; quique illas sine exceptione laudaret, rem minoris momenti altius exaggeraret. Cum multus sit in disserendi ratione Perronius, argumenta ita cumulat, ut, dum persuasioni prodesse vult, claritati noceat. Curat maxime ut multa paucis comprehendat; sententiamque adeo contrahit ut omnia densa nimis atque spissa sint. Urgente hora, cum meminerit se jam diu locutum esse, tempus excusat, quod non possit argumenta explicare quae ad propositum maxime conferre existimat. Quoties dicit, se, si otium esset, id allaturum esse illudve esse examinaturum, ut statim paucis versibus argumentum contrahat quod pluribus paginis vix satis explanatum esset! Quibus in orationibus si quid apertius esset atque magis illuminatum, omnia etiam magis apta et vivida magis fierent. Saltem, dum scholasticorum more, quo etiam intemperanter usus est, singula dividit, eo fit ut in illis labyrintheis sententiarum argumentorumque ambagibus viam aliquam inveniamus[1].

Alia est etiam obscuritatis causa quod orator non semel sententiarum elatione ad altiora rapitur quo eum persequi nequeant quicumque in his rebus mediocriter intellegunt neque in abstrusioribus philosophiae quaestionibus penitus sunt versati. Si Perronio ludus erat, ut relatum est, coram illustrissimis feminis « de ente metaphysico » putide disputare, facile suspicamur quantum delectaretur cum de maxime abditis reconditisque disciplinis doctissime ageret coram philosophis eruditisque viris. Quanquam enim aliquoties ambiguum verbis sensum alligat[2] vel pueriles arcessit comparationes[3], eo maxime in academicis contionibus peccare videtur quod semper rigidior uno tenore est atque

1. « Cette élévation des yeux... se peut interpréter en trois sortes : c'est à savoir ou pour l'élévation de la connaissance, ou pour l'élévation du désir, ou pour l'élévation de l'espérance... Nous diviserons donc ce discours en trois parties principales : la première sera de la connaissance de Dieu, la seconde de l'Amour qu'il faut que nous lui portions, et la troisième de l'Espérance que nous devons avoir en Lui. »

2. « Les charbons et les flammes qui sont préparés pour punition éternelle de notre glace et de notre froideur. »

3. Sic cum flamma commercium illud confert quod inter Deum hominemque instituitur, cujus lumen scientia est, caritas calor, spes vero ipsius flammae impetus.

affectatus sermo, orationisque habitus gravior atque molestus[1]. Certe non ei propositum est ut placeat, sed maxime ut doceat et fidem faciat; quare ipsam doctrinam magis curat quam elocutionem atque orationis cursum[2]. Ipse etiam declarat se quaecumque ad commovendos animos valent consulto omittere atque libenter in tradenda confirmandaque disciplina totam orationem consumere[3].

Quibus vitiis quamvis inquinatae sint illae contiones, non ideo virtutibus omnino sunt destitutae quae plurimi aestimandae sint; non semel auctor ex angustiis sese expedire potuit in quibus ipsa verborum constructione coartabatur, ambitumque liberius circumscribere. Qui reputat argumenta de quibus disputat Perronius ea esse quae non ita pridem gallice tractari coepta essent, cum lingua nondum satis mollis atque subacta esset, is facile indulgentior fit, maxime cum locos invenit in quibus neque majestas omnino deest neque impetus[4]. Familiares etiam rerum collationes non vitat Perronius, ne eas quidem quibus auditis leniter subrideas, quoties saltem eae sunt quae animum

1. Vix aliquem orationis motum notare possis, eumque ad breve tempus susceptum : « Il a du courage : aussi ont les lions; il a de la force : aussi ont les éléphants; il a de la vitesse : aussi ont les cerfs; pour ne pas dire combien il est moindre qu'eux en tout cela. Il a la voix belle, mais combien les rossignols l'ont-ils plus déliée et plus admirable. »

2. « Je ne traiterai pas ce sujet », ait, « en façon de sermon ni d'exhortation, mais j'en ferai une sorte de leçon. »

3. « Je laisserai donc toute la partie des passions comme ayant besoin de plus d'éloquence que je ne m'en puis promettre de l'inclination naturelle de mon esprit et du peu de temps et d'étude que j'ai employé pour cet effet, et me donnerai du tout à celle de l'enseignement, laquelle, si elle ne mérite pas tant de gloire, comme c'est chose que nous ne devons nullement désirer en ces saintes conférences, aussi n'est-elle pas accompagnée de tant de peine et de difficulté. »

4. Ceterum Perronio non semel suppetit jucunda comparatio : « Aristote, s'émerveillant de la disposition qu'il voyait entre les choses naturelles, dit que Dieu s'est comporté de la même façon, à l'endroit de l'univers, que le sculpteur Phidias se gouverna à l'endroit de la statue de Minerve. Car, l'ayant composée par un art admirable d'une infinité de pièces rapportées, et voulant laisser quelque mémoire de l'auteur à la postérité, il s'y représenta lui-même et enchâssa l'effigie de son visage si industrieusement dedans le bouclier de la statue, qu'il en fit comme un point principal auquel toutes les autres parties de la figure répondaient par des liaisons et des jointures intérieures; tellement que si quelqu'un se fût voulu mêler de séparer l'image de l'ouvrier d'avec le reste de son ouvrage, toutes les pièces s'en fussent retournées en confusion comme elles étaient auparavant, et n'y eût plus eu aucune apparence ni de Minerve, ni de statue. Ainsi, dit-il, Dieu est en la composition du monde ce que l'effigie de Phidias était en la statue... »

acrius percellant et ad assensum praeparent. Occasione data, jocatur, sed raro praeteriensque[1]. In Perronio etiam poeta erat qui suam his orationibus notam impressit. Ipse locos suppeditavit in quibus omnia vividius picta atque descripta sunt, ipse colorem orationi addidit, eumque exsolvit atque expedivit quem nunc « sensum naturae » vocamus. « Les arbres ont beau être plantés au bord du ruisseau, avoir la terre grasse, le ciel serein, l'air tempéré, le soleil à propos, toutes les faveurs de la nature, etc... C'est tout ainsi qu'en un champ qui aura été labouré pour du blé, il y naîtra quelquefois des fleurettes parmi, et ce bel émail-là pourra récréer la vue; toutefois, encore que telles fleurettes donnent du contentement à l'œil, si est-ce que le champ n'aura pas été cultivé pour l'amour d'elles; l'intention du laboureur aura été autre, elles seront venues par dessus le marché[2]. » Quae cum scriberet, forsitan amoena recordatus sit Normanniae rura, cujus laetae messes aura movente gloriose fluctuant, dum passim qui sponte exorti sunt flores, rhœades cyanique, aureum spicarum colorem varietate distinguunt.

Hoc vero in eis contionibus maxime eminet, ea est auctoris praecipua laus quod rem de qua disserit optime notam habet totamque complectitur atque ipse sui omnino compos est. Aptissime inter se connexa sunt omnia atque conjuncta. Prudentissimum in disserendo disputatorem pugnatoremque sentimus, qui, dum certa ratione progreditur, circumspecte pedem ponit, nunquam vero regreditur, atque omnia quaecumque obstant fortiter evertit. Nihil quidem in contentione conatuque asperum est, sed omnia sedatum animum securamque confirmatae mentis fiduciam declarant, quae roboris propria sunt.

1. Non tamen jocando, quod certe desiderandum est, sententiam illam profert quam Harpago ille Molerii tantopere praedicabat, aureisque litteris in cenaculo inscriptam volebat, ut de parcimonia sectanda cohibendaque sensus voluptate convivae monerentur; eam vero gravioribus subjunctivi modi formulis exornat quae Molerio placuissent : « La nature n'a pas voulu que nous vécussions pour manger, mais que nous mangeassions pour vivre. »

2. *Discours sur la Connaissance.*



Quanquam ex omnibus academicis orationibus ea sine controversia maximo honori Perronio fuit clarissimamque famam conciliavit quam in collegio *de Boncourt* habuit, cum funebrem Ronsardi laudationem exsequeretur. Mortuo Ronsardo vir e vita decesserat cujus partes ea aetate maximae fuerant, poeta cujus fama longe ultra regni fines excesserat, qui ut oraculum auditus, immo fere ritu numinis adoratus erat, cujus auctoritas in versibus nostris vim decreti obtinuerat. Praeses collegii *de Boncourt*, Joannes Galland, Ronsardi perfamiliaris amicus atque ex testamento heres, in collegii sacello exsequiale munus persolvi voluit quo tanti poetae memoria coleretur, idque maximo apparatu celebrari[1].

Quod munus ante diem VI Kal. Martias magnificentissima pompa editum est; aderant omnes amici discipulique Ronsardi, regii cantores musicique, legati qui pro « Parlamento » procuratione fungerentur, virique principes atque in primis Carolus Valesius, fratresque dux atque Cardinalis de Joyeuse. Multitudo vero tanta confluxit ut complures, etiam quibus magnae dignitatis fastigium erat, in sacellum ingredi non potuerint; quod cardinali Borbonio accidit principibusque aliis et nobilibus viris qui, cum pro honore certas sibi sedes fore sperassent, sero advenerunt.

1. Cui, si Bertaldo credideris, ipse Juppiter eam mentem injecerat, piique officii ordinem totum singulaque momenta disposuit :

Un temple est à Paris, dans l'enclos où commande
L'Oreste de Ronsard, son fidèle Gallande :
Là se doivent trouver en vêtements de deuil...
Les plus rares esprits dont cet âge fleurisse,
A l'entour du cercueil, couronnés de cyprès,
Jetant au lieu de fleurs des pleurs et des regrets...
Je veux que mon Mercure, à l'heure vrai larron
Des cœurs et des esprits, se change en du Perron,...
Prononce de Ronsard la funèbre harangue,
Consacre sa mémoire, et, comme aux Immortels,
Lui fasse en mille esprits ériger mille autels.
L'assistance ravie et pleine de merveille
Ressentant bien qu'un Dieu charmera son oreille,
Dira plus que jamais Ronsard plein de bonheur
De voir un tel héraut publier son honneur.

(*Sur le trépas de M. de Ronsard*, p. 128-129.)

Quo in munere orator quaerebatur qui dignus esset et eo viro quem laudaturus erat, et ea corona quae ad audiendum concurreret. Res profecto magno honori futura erat ei qui assumeretur; perfecit vero maxime Portaeus ut eligeretur Perronius. Qui cum omnia avide appeteret quibus sibi famam comparare posset atque dignitates assequi non dubium est quin summo perfusus sit gaudio; quam gratus esset consulto declaravit cum editam orationem Portaeo dedicavit [1]. Hic vero illud occurrit eo tempore regium lectorem etiam tum fuisse « de condition laïque », ut merito requiratur quo nomine in sacro munere contionari potuerit. Certe in Vicennensis Oratorii conventu, Perronius, quanquam « condicione laicus » erat, facile ea ratione locutus erat quae virum sacris initiatum deceret. Idem jam « utriusque Testamenti Scripturas » satis noverat, neque in theologiae disciplinis alienus erat; ut is profecto esset qui convenientem hujus modi orationi colorem servaret neque in gravem reprehensionem incurreret [2]. Adde quod rem totam ea ratione perfectam esse narrat Claudius Binet in sua « *Vie de Ronsard* » qua facile omnia expediantur. Cui si credimus, non unum, sed duplex munus eodem die in sacello collegii celebratum est. Refert enim primum quale fuerit religiosum officium; mox vero addit : « Après-dîner, le sieur du Perron prononça l'oraison funèbre. » Ipse etiam Claudius Binet fertur compositum a se idyllium recitasse « pour fermer cet acte funèbre ». Quidquid id est, oratio a Perronio habita, quam etiam gladio succinctus recitavit, multo magis ad academicam quam ad religiosam eloquentiam accedit, ut hic maxime locus sit de ea disserendi.

Quamvis magni momenti futura esset contio, quamvis ampla sit ipsius scripti mensura, non adeo longa fuisse videntur tem-

1. « Monsieur,... Je n'en pouvais adresser la publication plus dignement qu'à vous, auquel il (Ronsard) semble avoir résigné la gloire de sa profession, et vous avoir laissé comme son unique successeur... Vous la recevrez, s'il vous plaît, à vos périls et fortunes, c'est-à-dire si elle est lue avec quelque louange, vous recueillerez le fruit de ce que j'ai appris en votre conversation ; si au contraire, vous me servirez de garant envers ceux qui taxeront et accuseront ma témérité, comme ayant été le principal auteur, non seulement de me la faire entreprendre, mais aussi de me persuader de l'exposer au jour et à la lumière de l'impression. »

2. Minus apte tamen neque ad tempus locumque satis accommodate dicere videtur, cum in ultima oratione describit quae sint in informando poeta partes Amoris.

pora quae oratori concessa sunt ut rem meditaretur. Quod ipse sedulo notat, cum ad Portaeum scribit : « Vous vous souviendrez, vous et ceux qui assistèrent au festin qui se fit chez vous le mardi 18 de mars, où le dessein de ces funérailles fut pris, que je n'eus que depuis le lendemain, qui fut le mercredi des Cendres, jusques au lundi suivant qu'elle fut prononcée, pour m'y préparer. »

Primum exorditur dicere quam merito tantae caerimoniae indictae sint; miratur vero quod tam rudis orator electus sit qui oratione in sollemni officio fungeretur. Quanquam gratia quae ab ipso debetur viro clarissimo qui vita decessit eum coëgit ut gravissimi muneris onus susciperet. Sperat alios fore qui olim in tam feraci argumento ingenia exerceant. Ipsi enim satis erit tanti viri speciem primis lineis adumbrare, cum alii iique peritiores venturi sint qui perfectae imagini colorem splendoremque addant. Tum laudes Perronius suscipit generosae propaginis ex qua ortus est Petrus de Ronsard; mox refert quae fuerit pueritia adulescentiaque poetae, quem itinera foris et in alienis regionibus suscepta exercuerunt, donec aurium debilitas eum coegit in Gallia subsidere; quo tempore Ronsardus in poesim totus incubuit, studiaque litterarum Aurato magistro repetiit. Addit orator quot quantaque juveni obstiterint, cum aequalibus novas artes probare voluit genusque quod afferebat. Atque eidem gratulatur quod Protestantium Reformationi restiterit catholicamque Ecclesiam propugnaverit ea etiam laude ut gratas a Pio V papa mereretur accipere litteras. Jam vero ad extollendum Ronsardi ingenium aggreditur quod ad carmina mirabiliter compositum fuit. Externae gentes veteresque Galli jure id nobis exprobrarent si amisso tam eximio poeta ferreus animus dolore non frangeretur. Ipsi posteri illius memoriam vindicarent quem vocat Perronius « magnum Galliae Homerum », nomenque summis honoribus cumularent.

Ubi vero rettulit qui fuerint ultimi anni vitae, cum assidui labores singularem corporis firmitatem attrivissent[1], orator narrat quomodo valetudinis debilitas paulatim grassata sit, atque in singulis diu libenterque consistit; recitatque morientis suprema

1. « Il n'y a point de doute, étant né comme il était, que s'il eût voulu ménager sa santé, il n'eût vécu un siècle entier. »

verba [1]. Denique, postquam rhetorum more, ut exspectationem moveret, substitit atque moratus est, vita cessisse Ronsardum pronuntiat, statim vero subjicit non mortuum esse Ronsardum, cum iis vivat operibus quae semper mansura sint. Addit eum nunc Dei conspectu frui felicioremque esse quam si his in terris viveret, cum tempora dura sint atque iniqua. In ipsa peroratione memorat Perronius honores quibus ornatus est Ronsardus, eosque iterum summo viro offert, « souhaitant qu'il y puisse goûter encore quelque plaisir ». Victimarum loco quae non immolandae erunt, « ipsi nos immolamus, inquit, nous nous immolons nous-mêmes par la violence de notre douleur ». Neque alia templa desideranda sunt, nisi ipsius poetae opera, non aliud sepulchrum nisi populorum dolor. Ut iterum videre liceat Ronsardum, exspectanda dies erit quo redivivi resurgent mortui; interea Deum decet enixe rogare, ut animae requiem largiatur. Saltem omnibus qui huc ad funebrem pompam convenerunt laus erit quod honoribus interfuerint.

In ea oratione profecto non omnia spernenda erunt; loci sunt iique non pauci qui merito excerpantur; pauca tamen referre licet, quae laude digna maxime videntur. Exordium in primis artificiose ad modestiam compositum est; forsitan loci sanctitas, atque numerus ipse eorum qui aderant dignitasque non inutiliter oratoris animum moverint. Perronius, dum certo sermonis decursu ad id adducitur ut de publicorum negotiorum statu ac condicione, de animorum habitu ac voluntate loquatur, quid ipse sentiat dicere non veretur, de rebus hominibusque libere judicat, quidque ab omnibus singulisve peccatum sit ingenue profitetur. Sic, inter causas quae « Reformationi » faverunt, id novae relligionis magistris ad conciliandos animos haud parum contulisse confirmat quod vernacula lingua utebantur [2]. Quod

1. Moriens cum a Deo tum ab aliis qui aderant petiit ut sibi ignosceretur. « Il n'emportait », aiebat, « aucun désir, ni aucun regret de la vie; il en avait essayé toutes les fausses et prétendues félicités, il n'y avait rien oublié qui lui eût pu apporter la moindre ombre de contentement; mais, à la fin, il avait trouvé partout l'oracle du sage : vanité des vanités. »

2. « Or, est-ce la coutume de ceux qui innovent en ces matières de rechercher avant toute chose les attraits et délices du langage, afin d'allécher la multitude et faire couler plus facilement leur opinion sous la douceur du style et des paroles. En

meliore quam quisquam jure confirmare poterat, cum inter catholicos unus e primis gallice disputare coeperit de rebus quae ad relligionis defensionem pertinerent eoque secutus sit « Protestantes » quo se priores magno cum successu contulerant.

Quamvis regiae potestati sit addictus cupiatque in aula gratiosus esse, non dubitat funestas dissensiones exsecrari eaque deplorare quibus regnum dilaceratur, gratulaturque Ronsardo quod feliciter e vita cesserit, ne novas rerum perturbationes lugeret[1].

Multa in ea oratione invenias vivide ac poetice dicta, multa fortiter atque argute opposita, neque desunt partes in quibus illud omnino spirat quod vere oratorem redoleat. Saepe quidem affectatio declamatoriusque totius orationis tenor impetum retardant, molestiamque legentibus afferunt; non ideo tamen neglegendi sunt hujus modi loci, qualis ille est in quo, dum de animorum immortalitate disputat orator, ad altissimas sententias exsurgit. « Il y a je ne sais quelle effigie de la gloire qui réside dans l'esprit des personnes vertueuses comme dans un temple et les admoneste incessamment de ne mesurer point la renommée de leurs actions par la brièveté de cette vie, mais de l'égaler et la comparer avec toute l'étendue de la postérité. De sorte que les belles choses que nous faisons de jour en jour, il nous semble en les accomplissant que ce sont des semences de notre gloire que nous semons et épandons dedans le champ de l'éternité pour en recueillir le fruit d'une mémoire

quoi, certes, ils avaient beaucoup d'avantages sur les docteurs catholiques, dont les uns s'étaient endormis tout à fait durant le long repos de l'Église, et les autres s'étaient plus employés à entretenir le peuple à la piété et à la dévotion qu'à l'éloquence et aux beaux discours... Ce défaut apportait un grand préjudice à la religion catholique, d'autant qu'il semblait aux âmes populaires que leurs docteurs étaient hommes barbares et ignorants, qui ne savaient pas seulement parler leur langue maternelle, et que tout ce qu'il y avait d'esprits polis et judicieux en ce royaume était de l'autre parti. »

1. « Que je l'estime heureux de s'être retiré de ce monde au temps que toutes choses l'obligeaient de l'avoir en horreur... Il n'a point vu de ses yeux charnels et passibles les guerres civiles et domestiques allumées en ce royaume pour la neuvième fois et tout ce lamentable État achevé de ruiner par les prétextes et contentions de la Religion. Il n'a point vu la cinquième inondation des Reîtres et autres étrangers en sa province; il n'a point vu la dissipation des Lettres et des Universités. »

perpétuelle. Et soit que cette vanité nous apporte quelque volupté après que nous sommes enlevés d'ici-bas, ou soit qu'elle cesse de nous délecter, du moins avons-nous le contentement, tant que nous sommes vivants, de jouir de l'usufruit d'une telle espérance et de flatter nos esprits de cette douce et agréable illusion... Toutes les pierres du sépulcre de Ronsard seront sacrées à la postérité, et plus il ira en décadence et plus il sera saint et vénérable, de manière que ceux qui auront quelque religion envers les muses le viendront un jour visiter avec admiration et y feront des vœux et des pèlerinages, pour acquérir le don et l'inspiration de la poésie. »

Vitia vero sunt, eaque gravia, quibus eadem deformetur oratio. Quae primum perlonga est, contionatorque profecto ad pulchritudinem multum addidisset, si mediam partem detraxisset. Ea in primis Ronsardi vita, fusa explicatione impedita, in qua singula particulatim enumerat persequiturque, scriptum forsitan deceat volumen, non habitam orationem. Quid enim necesse fuit minutius ultima Ronsardi momenta describere et in singulis consistere? Quid fuse omnia morbi incommoda referre atque eas ante oculos rerum imagines proponere quae fastidium moveant [1]? In eo Perronius, ut manifestum est, judicii errore peccavit; quo etiam lapsus est, dum sententias affert subtiliores mirificasque [2], vel longis puerilibusque argumentis explicat quae sint surditatis commoda [3]. Eodem errore ad id inductus est ut pro vera eloquentia declamationem captaret; multi enim sunt loci in quibus orator, dum eloquentior vult haberi, in vanam inanemque rhetoricen labitur, sive magno verborum strepitu interroga-

1. « Non seulement il perdit l'usage de toutes les parties de son corps, excepté celui de la langue qui lui restait pour exprimer la peine des autres, mais même les extrémités de ses membres venant à ne recevoir plus de vie ni d'aliments et se trouvant occupées d'humeurs vicieuses, commencèrent à se dépouiller et décharner, de sorte que c'était un très piteux spectacle que de jeter la vue dessus... On aperçut son visage tout en eau, et ses linceux tout mouillés et trempés de sueur. »

2. « Il serait mort en son an climatérique, chose que l'on a remarqué arriver à beaucoup de grands personnages. »

3. Poetae olim privilegio quodam caecitate donati sunt; cujus in locum forsitan hodie successerit surditas. Ex qua quis non videt quae feliciter consequantur : « Bienheureux échange de l'ouïe corporelle à l'ouïe spirituelle! Bienheureux échange du bruit et du tumulte populaire à l'intelligence de la musique et de l'harmonie des cieux! »

tiones cumulat[1], sive crebris compellationibus exsultat quae frequentia ac similitudine taedium afferunt[2], sive etiam dolorem ficto affectu simulat qui neminem movet[3]. Adde quod Perronius, eruditorum aetatis qua vixit hominum consuetudinem secutus, plenis manibus flores ex antiquitate desumptos sparsit[4]. Ceterum, dum vetera praesentiaque ita confert, immodicis omnino comparationibus utitur ad laudes adducendas gratulationesque[5]. Ea est veri superlatio qua nihil inflatius esse possit; et revera unum est ex vitiis hujus orationis quod in ea nimia omnia sunt, nihil vero satis moderatum est. Qui contendit mortuo Ronsardo poesim funditus exstinctam esse, jam is magnopere veri mensuram excedit; qui vero proclamat atque profitetur Ronsardum Homero Pindaroque multo praestare, dum inepte laudat, ridiculus fit. Sane decebat oratorem poetae gratulari, cum eo fine munus institutum esset ut occasio daretur eum magnifice extollendi; major vero modestia temperantiaque subtilioris judicii argumentum fuisset, immo minus inflatae sententiae verecundaeque magis laudes ipsius poetae gloriae apud posteros magis profuissent.

Quidquid id est, oratio omnium consensu est probata. Neque id ei mirum erit quicumque ejusdem temporis oratoria opera novit. Confirmaverat Perronius se, occasione data, insignem oratorem fore[6]. Id certe erat magnificum capessendae eloquentiae

1. « Quels tombeaux, quelles statues, quelles colonnes, quels temples, quels autels lui édifierons-nous ? »

2. « O belle et glorieuse face, tu m'apparais en songe toutes les nuits, ou soit que l'être de la chose, ou soit que la force de ma passion te représente ainsi à mon esprit. »

3. « Qui est-ce qui me convertira tout en voix et en langues, pour aller annoncer que le grand Pan est mort ? »

4. Non enim satis est ei Graecorum exempla afferre, qui Homerum Sophoclemque colebant; Getas etiam invocat, Scipionem Africanum, Ennium poetam, Osirimque, patronum illum Ægyptiorum.

5. « Il viendra encore ci-après quelque second Alexandre, il naîtra encore quelque nouveau monarque du monde qui pleurera sur la sépulture d'Achille et ne regrettera en sa fortune sinon de n'avoir pas vécu du temps de ce grand Homère français. Mais quel autre Alexandre devons-nous souhaiter ? N'avons-nous pas notre roi, qui a consacré lui-même la sépulture de Ronsard avec ses larmes, qui a honoré les funérailles de l'Homère gaulois avec ses plaintes... »

6. Contionator de Neuville, cum postea mortuum Perronium laudaret, exclamabat : « Il s'acquitta si heureusement de l'oraison funèbre de Ronsard, qu'il fit paraître que l'éloquence française ne céderait en rien à celle des Grecs, ni à celle des Latins, tel-

principium. Mox quaeremus num (ut Malherbii sententiam afferamus) « id quod flores promiserant fructus cumulaturi sint ». Ii quibus feliciter contigerat ut orationem audirent, alii etiam pluresque numero qui perfecto munere desiderabant quod adesse atque audire non potuissent, laudationem in manibus habere voluerunt; quam suadente Portaeo auctor « typis » dedit mandandam; duaeque editiones Parisiis cito ablatae sunt. Oratio enim non minus legentibus quam audientibus grata fuit; poetaque Pictaviensis, R. Cailler, fere omnium sensum interpretabatur, cum incenso poemate gloriam oratoris extolleret :

Verse, grand du Perron, sur cette sépulture,
Verse le doux nectar de tes divins propos,
Arrosant de Ronsard les cendres et les os;
L'odeur s'en épandra sur la race future.

Le los du grand Ronsard, miracle de Nature,
Aux siècles à venir annoncera ton los;
Sous mêmes monuments vous vous verrez enclos,
Et jouirez tous deux d'une même aventure.

A pas égaux iront son renom et le tien :
Toi, tu seras Mercure, et lui, le Cynthien,
Faits ensemble immortels par ta bouche faconde.

D'une gloire semblable on vous honorera;
D'être loué de toi Ronsard se vantera,
Et toi tu te verras loué de tout le monde.

Quod poeta praedixerat, aliqua ratione apud posteros effectu probatum est; neque fere ullum aliud opus Perronii memoriam magis commendavit. Quot enim homines hujus nomen fortasse non audissent vel auditum essent obliti, nisi repercussu quodam tanti poetae lumine illustratum esset. Sic evenit ut legatus ab oblivione vindicaretur quod ad imperatorem in triumpho accessisset vel aquilam praetulisset; sic non semel scriptoris memoria servata est, quod propinquitate aliqua, patrocinio, amicitia, simultate etiam, cum clariore conjunctus erat.

lement qu'une infinité de gens lui en applaudissaient, estimant Ronsard aussi heureux qu'un Achille d'avoir trouvé un si brave Homère pour publier ses louanges à la postérité. »



Inter « academicas » etiam orationes jure reponatur brevior illa allocutio qua regi Henrico IV Perronius gratias egit, cum eo porrigente Cardinalis insigne illud novae dignitatis (quam birrettam vocant) accepit. Quae eruditione referta est, in eaque Perronius accumulat quodcumque ab antiquitate repetitum in praesens tempus cadere potest. Sic veteres Ægyptii cum illo crocodilo cui nulli erant dentes occasionem arcessitae gratulationis afferunt; neque tamen id auctori satis est, qui statim etiam Augustum Claudiumque evocat[1]. Ea in oratione, cujus unus nimiae adulationis tenor est, aptam semel laudem invenias[2], sed plerumque frigidis facetiarum acuminibus exornatur vel potius deformatur[3]. Quare, etsi de ea mentio facienda fuit, non ea profecto est quae Perronii gloriam augeat.

1. « Un ancien sénateur romain disait qu'ès bienfaits de l'empereur Claude, il aimait mieux le don que l'estime, mais qu'en ceux de l'empereur Auguste, il aimait mieux l'estime que le don. »

2. « De quelle autre main pouvais-je recevoir cette grâce avec plus de gloire que d'une main toute pleine de lauriers et de palmes, comme est celle de Votre Majesté de laquelle les faveurs communiquent une certaine contagion de gloire à ceux sur qui elles s'épandent. »

3. « Il emploiera tout ce qu'il aura de sens, de sang et de vie au service de Sa Majesté,... il apprendra à connaître combien il doit à Sa Majesté, et l'ayant appris, essaiera d'apprendre à le reconnaître. »

CAPUT QUARTUM

QUID IN CIVILI ELOQUENTIA PERRONIUS VALUERIT.

In Perronio non tantum oratoris ingenium fuit, sed etiam prudentia viri rei publicae periti; ad quam libentissime accessit, cunctaque prompta atque obvia habuit. Saepe accusatus est quod immoderata ambitione laboraret; contenderunt etiam inimici illum, dum regi Ecclesiaeque ingenii facultate atque subsidio inservit, minus causae quam defendebat felicem effectum respexisse quam proprium emolumentum laudemque quam se e successu exituque negotiorum consecuturum esse sperabat. Sed cavendum est ne de eo tam severe judicemus. Profecto callidis consiliis artibusque grassatus est, neque oblivisci decet quas partes apud cardinalem Borbonium egerit. At difficile erat inter strepitum bellorum civiliaque studia eos qui in rebus publicis versabantur illam quam instituerant viam semper tenere. Licet Perronius ad summas opes dignitatesque emergere impensius studuerit, regendae tamen vitae disciplinam praeceptaque sibi proposuerat, a quibus non ita saepe recessit. Ipsi regi patrioque regno addictus atque devotus erat; jam rettulimus quam multus fuisset, immo quam immodicus in regibus laudandis Henrico III atque Henrico IV. Henrico IV maxime adhaesit impensaque voluntate inserviit; quasi vellet meritorum numero ac splendore praejudicatam opinionem evertere quae regis mentem subire potuisset. Notum quo studio incubuerit, quantam operam impenderit ut Henricum ad catholicam relligionem adduceret, absolutumque Romanae Sedi reconciliaret. Quod cum faceret, non tantum regi placere studebat, sed in primis dissensionibus quibus regnum dilacerabatur finem aliquando afferre voluit, turbatasque res sedare atque componere. Id ipse pro-

fessus est cum in litteris tum maxime in iis referendis quae Romae egerat cum legatione fungeretur.

Nunc vero, qui meminerit Perronium regno regique omnino devotum fuisse, eumdemque, occasione data, doctrinae illi obstitisse quae « gallicanam » quam dicebant libertatem impense tuebatur, is facile suspicetur Perronium ipsum sibi non consensisse. Nec defuerunt inimici qui persuaderent illum tamdiu « gallicanum » fuisse, donec cardinalis renuntiatus est, eumdem vero romanae doctrinae fautorem propugnatoremque evasisse cum summos honores assecuto nihil fuit quod amplius conferre posset regalis munificentia. Meminisse autem decet Perronium in ea sententia jam fuisse ineunte XVII° saeculo, vivoque Henrico IV, antequam summos adeptus esset honores, cum ipse, paulo postquam episcopali Ebroicensium sede potitus est, in ritualem dioecesis librum « bullam » illam *In Coena Domini* referri jusserit quae in regni « Parlamento » rejecta atque improbata erat, utpote quae « Gallicanas libertates » everteret. Ceterum amicitia cum Bellarmino conjunctus erat; nec satis habebat ejus libros laudare, etiam tractatum ab eo editum *De potestate summi Pontificis in temporalibus* defenderat, qui sententia « Parlamenti » damnatus erat quod in eo contineretur doctrina qua regalia jura laederentur. Quare non immerito credamus id Perronium dixisse quod sentiret, ubi de ea quaestione in Generali totius regni Conventu (anno P. C. 1614) locutus est, cum popularis curiae legatos movere conaretur et ad aliam sententiam adducere; de qua contione fusius disseremus, cum pauca praedixerimus de prima oratione quam Perronius de rebus publicis scripsisse fertur, quam scilicet Henricus III ipse in Generali Conventu habuit qui anno 1588 advocatus erat.

Hanc enim inter Perronii orationes rettulerunt qui cardinalis collegerunt opera quae inscribitur « *Harangue faite pour le roi Henri III aux Seconds États de Blois* ». Quaenam in eo laboris consortio pars Perronii fuerit, qui tum lector regius erat, difficile est compertum habere et pro certo affirmare. Quaeri etiam potest ipsane oratio a rege recitata sit, an eadem summa tantum rationum contineatur de quibus ad se a juniore scriba referri jusserit. Etsi forte Henricus III, qui, ut ipse fatetur Agrippa

d'Aubigné, facundus erat, in contionando verba mutavit, argumenta rescidit addiditve, credere tamen licet ipsam qualem in manibus habemus relationem Perronii opus esse, cum inter ejus scripta eam referre ausi sint qui ea ediderunt quarto vix anno postquam mortuus est.

Ea certe oratio[1] est quae callidam artem sollersque scriptoris ingenium declaret; arduae enim res erant, regisque condicio difficillima; animi caute tractandi fuerunt eo tempore quo rex, ut optime animadvertit Augustinus Thierry, dum generales conventus vocat, ipse res suas in summum discrimen adduxerat[2]. Quare, postquam exorsus est ea majestate quae regem deceret, statim de concilianda sibi legatorum gratia maxime curat, quam ut consequatur, relligionis pietatisque studia prae se fert. Iterum iterumque asseverat atque protestatur se populo suo maxime addictum atque devotum esse cujus sortem flebilibus verbis miseratur[3]. Nec satis est; audias etiam dicentem : « Je désire que vous croyiez que je me propose à l'avenir de ne ménager pas avec moins de soin et de scrupule le sang et la substance de mon pauvre peuple, que si c'était le pur sang que l'on tirât de mes veines » ; ita ut qui non sibi satis caveat forsitan capiatur. Conatur pariter audientium misericordiam captare, verbaque atque sententias ab exordio statim confert ad id maxime accommodatas. Immo eum lacrimare dicas, cum de universa morum corruptela deplorat. Quis tanto dolore non moveatur! Cavendum est tamen notandumque regem toto orationis decursu sententias passim spargere quarum ratio habenda est. Definit describitque quae debeant esse legatorum partes, totamque sibi auctoritatem retinet atque vindicat : ipse enim indulgenter regni conventum vocavit liberaliterque cohonestat, cum dignatur eum consulere, atque cum eo agere de rationibus quae ad regni utilitatem conferre videantur[4].

1. Cujus orationis breve in Appendice additum est summarium.

2. « La convocation des États Généraux fut un acte du roi contre lui-même. » (*Essai sur l'Histoire de la formation et des progrès du Tiers Etat*, Garnier, p. 160).

3. « Mon peuple, mon pauvre peuple », ea sunt verba quae crebro redeant cantilenaque quae semper decantetur.

4. Regis mater, Catharina de Médicis, laudatur, cum digna sit quae non regis tantum, sed regni parens dicatur. Quae laus non obstat quominus paulo post addat rex

Ars illa qua inveniuntur atque aptissime ibi collocantur ubi plurimum valere possint quaecumque in eo loco et coram eo conventu dicere decuit, non una laus est hujus orationis. Sane declamatio affectatioque nonnunquam in sententiam irrepunt, maxime cum orator affectus exprimit qui audientibus gratiores sint speratque se, dum vocem inflat, plausus movere posse [1]. Sed in eadem oratione pulchri inveniuntur loci, qui jure laudi sint jam firmato junioris scriptoris ingenio. Sic rex, ubi promisit se, cum cupiat praetoria viris compleri ingenio et integritate conspicuis, eos sedulo probaturum et electurum esse quibus tanta munera committat, judicis qualem esse decet vividam et fortem imaginem effinxit; qua generosius excogitatam firmiusve expressam ea aetate non reperias. « Par ce moyen, j'établirai sur mon peuple des juges entiers et incorruptibles, qui n'auront pas seulement les mains continentes, mais aussi le cœur et les yeux, hommes sans passion, sans ambition, sans avarice, devant qui les parties n'auront rien à craindre que leur propre conscience, et qui se souviendront, en jugeant, que Dieu les voit et les écoute pour leur faire rendre compte un jour de leurs jugements. »

In ipsa conclusione, multa, eaque profecto sana et aequa, proponuntur decernenda [2], quae se certo executurum esse rex spondet; ea vero, ut re paulo post comprobatum est, parum curabat complere. Laudes quibus legatis blanditur in fine crebriores fiunt, et ne spinas rosae omnino obtegant, pauca verba, minantibus similia, aliquando interlucent. In summa certe non mala est ea contio. Tempora reputanti non longior videtur, totusque tenor fere moderatus est ac facilis. Notum vero quam luctuose nondum peractis conventibus res funditus perturbatae

se ex adulescentia excessisse, usu atque experientia didicisse qui sint homines, quae res sint, atque ipsum sibi posthac esse provisurum. »

1. « Quant à moi, je vous jure derechef que je n'épargnerai ni mon soin, ni mon labeur, ni même ma propre vie, laquelle je ne me contenterai pas de hasarder, mais l'exposerai, s'il est besoin, à une mort certaine et assurée, estimant que le plus beau sacrifice que je puisse offrir à Dieu, ce sera de m'immoler pour la défense et protection de son Église. Et quant à ma gloire particulière, ne désirant point un plus riche et superbe tombeau que de m'enterrer et ensevelir dans les ruines de l'hérésie... »

2. « Je veux dorénavant que mes bienfaits se distribuent selon le mérite et non selon l'importunité, etc. »

sint. Trucidatis duobus fratribus, duce et cardinali de Guise, interfecto etiam Henrico III, saeviora iterum exarserunt intestina bella. Raptus ipse procella Perronius, ut fortunam reficeret, ad Cardinalem Carolum de Bourbon confugit, quem aliquando Galliae regem fore forsitan ad breve tempus speraverit.

*
* *

Perronio vero occasio data est ut ipse de re publica graves contiones haberet, cum denuo regni conventus, Parisiis, anno P. C. N. 1614, acti sunt. Quam eo tempore pronuntiavit orationem, ea majoris momenti est quam ut ipsam obiter dicendo transeamus. Quare, dum certo consilio omittimus quaecumque ad rerum publicarum religiosaeque disciplinae disceptationem pertinent, id unum curabimus ut definiamus quae fuerint res temporaque in quibus ea oratio habita est quantique facienda sit ab iis qui litterarum studiosi sunt. Ipsam vero de qua agebatur quaestionem scrutari atque controversas sententias explicare ab eo quod suscepimus proposito omnino alienum sit.

Rex ipse Ludovicus XIII, sollemni more, Parisiis, octobri mense, regni conventus aperuerat[1]. Postquam inter tres ordines de gradu atque honore ambitiose disputatum est, gratuito, ut videtur, assumpta graviorque exstitit quaestio, qua mota conventus in duas partes divisus est, cum ex altera parte staret nobilium clericorumque ordo, ex altera curia popularium legatorum. Quaerebatur enim utrum omnino sui juris esset immunisque regia potestas an aliqua ratione a sede Romana penderet. Nam popularis curia, dum provincialium conventuum codicillos recenset, hanc e codicillis provinciae quae dicebatur Insula Franciae excerptam rogationem sibi assumpserat ceterisque praeposuerat : « Le roi sera supplié de faire arrêter en l'assemblée des États, pour loi fondamentale du royaume qui soit inviolable et notoire à tous, que, comme il est reconnu souverain en son État,

1. Curiae nobilitatis praeerat baro de Senecey, ecclesiasticae curiae cardinalis idemque dux de Joyeuse, curiae popularium legatorum, quem « Tertium Statum » vocabant, generalis Parisiensium mercatorum praepositus Robertus Miron. Curiae ecclesiasticae centum et quadraginta erant legati, inter quos quinque cardinales fuerunt, septem archiepiscopi, septem et quadraginta episcopi.

ne tenant sa couronne que de Dieu seul, il n'y a puissance en terre, quelle qu'elle soit, spirituelle ou temporelle, qui ait aucun droit sur son royaume pour en priver les personnes sacrées de nos rois, ni dispenser ou absoudre leurs sujets de la fidélité et obéissance qu'ils lui doivent, pour quelque cause ou prétexte que ce soit. Tous les sujets, de quelque qualité et condition qu'ils soient, tiendront cette loi pour sainte et véritable, comme conforme à la parole de Dieu, sans distinction, équivoque ou limitation quelconque, laquelle sera jugée et signée par tous les députés des États, et dorénavant par tous les bénéficiers et officiers du royaume... Tous précepteurs, régents, docteurs et prédicateurs seront tenus de l'enseigner et publier [1]. » Cujus rogationis, quam totius regni disciplinae fundamentum haberi volebant, non id unum propositum erat ut eorum doctrina damnaretur qui reges aliquando jure occidi posse docuerant; mutua enim Ecclesiae regnique jura definiebat; papae potestatem sollemni edicto terminabat, negabatque eumdem in regni catholici administratione sese jure interponere posse, vel regem, ab Ecclesiae communione ejectum, etiam de regni possessione dejicere. Certissima sententia statuebat regnum liberum atque immune esse, Ecclesiae tutelam respuebat, regemque vi proprii juris legitimum esse, non catholicae fidei ratione, confirmabat.

Quam divini juris regum sollemnem asseverationem, quanquam hodie otiosa videri potest, non mirum est illis temporibus in primis publici conventus curis fuisse, qua non regis tantum sed regni populique libertas immunitasque certior sanctiorque evaderet. Voluntas illa inclinatioque animorum qua mota erant, invocato relligionis nomine, civilia bella, ejecti ab Ecclesiae communione duo reges, partaque eo maxime regni pax quod Henricus IV Romanae Sedi reconciliatus erat, utriusque regis neces, in primis vero atrox Henrici IV interfectio cujus invidia in fanaticum furorem redundabat causamque plebs a doctrinis Hispaniensis « jesuitae » maxime repetebat cui nomen Mariana, ea omnia popularia studia summe commoverant. Catholicarum partium confoederatio, cum adeo modum excessisset,

1. *Relation* de Flor. Rapine, p. 285.

furibundaequefacundiae atque maledictis contionatorum occasionem praebuisset, omnibus in odio erat; Romanaque curia, quod eam probaverat, in communis quae tum grassabatur invidiae consortium trahebatur. Neque quod immoderatione partium peccatum erat a certis regendae Ecclesiae institutis segregabant quae Romana curia secuta erat, omnemque calamitatum causam in eam longinquam potestatem conferebant cui se parere foederati catholici praedicaverant; quare voluerunt aliquando definita ea potestate cavere ne eadem civilium discordiarum causa exsisteret. Ipsa enim plebeiorum legatorum rogatio, dum regis regiaeque potestatis caritatem prae se fert, patriae utilitatis reique publicae studium maxime recipit. Ut liberum gentis arbitrium asserant atque vindicent, a negotiis regni omnem externam auctoritatem excludere volunt; quod dum faciunt aequalium votis fere omnium obsequuntur. Non enim unius Insulae Franciae procuratores in codicillis propositam inscripserant sententiam; eadem aliarum provinciarum cura erat. Id omnes vehementer sollicitabat plebeii ordinis legatos plebemque ipsam quomodo regis vitam ab insidiis certissime tuerentur; postulabantque ultro ut ipsa Romana sedes doctrinas condemnaret quae de tyranno occidendo ferebantur, quod timebant ne in horrendas civilis belli calamitates iterum Gallia incurreret. Quare non ea habenda est ipsorum rogatio quae invidia catholicae relligionis mota sit; ne ejus quidem suspicionis nota signumve habenda est qua solebant maxime legum periti praecavere, si quid cum Romana Sede agendum erat; illa ex ipsa patriae caritate sponte exorta est.

Ea vero aliquid contineri quod sibi hostile esset forsitan senserit curia ecclesiastici ordinis; certe existimavit majoris momenti quaestionem agi, de qua non deceret in eo conventu decernere. Quare ubi de tertii ordinis consilio certior facta est, ipsa regem rogavit reginamque cui regni procuratio erat commissa, ne propositam sententiam acciperent, quod ea res moveretur quae ecclesiastici juris esset, eaque videretur quae regni quietem turbare posset. Cleri curia Perronio, Senonensi archiepiscopo, magno regni « eleemosynario », Galliarum primati, qui vir fere omnibus rebus ordinis amplissimus erat, curam man-

davit ut propositam rogationem suo nomine impugnaret. Qui, comitantibus episcopis compluribus, inter quos maxime conspicui erant Lugduni Aquarumque Sextiarum archiepiscopi, in nobilitatis curiam, ipsa ultima anni die ingressus, tribus continenter horis locutus est « avec force érudition et fleurs », perfecitque ut propositae a popularibus sententiae nobilium ordo assensum negaret. Tum vero, secunda januarii mensis die, Perronius coram tertii ordinis legatis, cleri nobilitatisque nomine, contionem habuit. Magnus fuit hominum concursus; at quamvis ampla esset curia, tantum fuit silentium ut ab omnibus vox audiretur. Quae apud nobiles proposuerat, ea fere rettulit argumenta; pauca vero tantum addidit aut mutavit « in exordio, peroratione ornamentisque ».

Quanti momenti fuerit ea oratio, auctor sibi in primis conscius est. Quod propemodum fateri ipse videtur, dum librariorum temeritatem excusat qui mendis atque erroribus plenam orationem, ipsius praemisso nomine, edere ausi sint. « L'auteur juge assez qu'il n'y a eu plume qui ait pu suivre, ni mémoire qui ait pu retenir deux oraisons, dont la moindre dura trois heures et fut prononcée fort couramment. » Non quisquam facilius alios culpa liberet vel expeditius agnoscat quid ipse promeruerit. Addit tamen satis fastidiose se mirari quod eo progressa sit saeculi licentia ut Parisiis, cum ipse praesens esset, aliquis inveniretur qui orationes addito nomine ederet neque ad ipsum referret quaereretque num eas agnosceret. Quam audaciam ut frangat, eos qui sibi tantum praesumpserunt, gravi comparatione, quo magis sentiant quid peccaverint, obruit : nam, ut ipsius verbis utar, « il se reconnaît beaucoup moins en ces pièces qu'Euphorbus en Pythagore ». Sed nescio an de se et de opere suo ornatius honorificentiusque cardinalis senserit. Etenim si « minor » quam ipse dicit « duarum orationum quae satis expedite pronuntiata est », non ea fuit quae in curia nobilitatis est audita, quas sibi tribuit laudes non eae erant quae sine exceptione omnibus accipiendae viderentur[1].

1. Jam in actis curiae popularis judicium illud perscriptum legimus : « Sa harangue fut fort longue, interrompue par lui-même, lequel, ainsi qu'aucuns le remarquaient, était marri de ce que sa langue n'était pas assez prompte pour suivre son imagina-

Longa illa oratio ea est certe quam legentibus commendet non una tantum rerum gravitas de quibus disputatur, sed ratio etiam qua ipsa disputatio instituta est. Documentum etiam affert quales eo tempore fuerint contiones in quibus de publicis negotiis ageretur, et quantum hujusmodi quaestionibus animi tenerentur. In hac oratione cum magna vis est subtilitasque dicendi, tum callida prudensque disserendi ratio. Ardua enim res erat multaeque cautionis. Quomodo difficilem illam quaestionem ad extremum pertractaret orator, cum contraria opinione praeoccupati essent audientium animi, ipse vero firmissimam persuasionem offenderet. Facile videas eum sensisse quam gravis causa esset et omni cura atque opera enisum esse ut eorum spei responderet qui tantum ipsi negotium commiserant. Pressa est atque adstricta argumentatio, quasi velit auditores vi correptos trahere neque prius dimittere quam vicerit id verum esse quod defendit. Ut confirmet « tertii ordinis » rogationem, cum tot saeculorum opinioni repugnet, nequaquam recipi posse, rationem proponendae historiae init, in qua vix quicquam invenias quod vanam illam referat falsae eruditionis ostentationem qua ea aetate pleraeque deformabantur orationes. Collatis documentis comprobat jam abhinc undecim saeculis doctrinam qua fertur cives sacramento solvi posse quo regi fidem obstrinxerant, si rex ipse, violato jure jurando in « haeresim » lapsus sit vel a relligione christiana defecerit, ubique atque maxime in Gallia receptam fuisse. Negat « laicis » jus esse de quaestione decernendi quam ad Ecclesiae doctrinam pertinere confirmat [1]; vique argumentorum raptus, omissis vanae rhetorices artificiis, ad veram eloquentiam assequitur.

tion, et en cette suite n'employait des termes si propres qu'il eût bien désiré, quoique bons, étant contraint souventefois d'employer des synonymes, voire en reprenant un même mot, et plus propre que le premier, se mécompter soi-même de l'usage des mots propres à son goût, ce qui consomma une partie du temps de son action. » (*Recueil de pièces originales et authentiques sur les États Généraux*, t. VIII, p. 112.)

1. « C'est renverser de fond en comble l'autorité de l'Église et ouvrir la porte à toutes sortes d'hérésies que de vouloir que des laïques, sans être guidés ou précédés d'aucun concile général ni d'aucune sentence ecclésiastique, osent entreprendre de juger de la foi et décider des parties d'une controverse, et prononcer que l'une est conforme à la parole de Dieu, et l'autre impie et détestable. »

Quis non videt, ait, eum qui velit id regni conventui jus competere ut aliquid in rebus fidei definiat, haeresi ultro viam aperire? Neque in eodem regno doctrinae certae et stabiles possint permanere. « Il n'y a que vingt-cinq ans que ceux de votre ordre, emportés par le tumulte du temps, voulurent établir en pleins États une loi fondamentale d'État toute contraire à celle de votre article. Et maintenant vous en proposez une autre, en titre de loi fondamentale d'État et de religion, toute contraire à la leur; et voulez, non vous, mais ceux par l'inspiration desquels ces clauses se sont glissées en votre article, que les laïques la fassent jurer aux ecclésiastiques, que les laïques exigent, en matière de foi, le serment des ecclésiastiques, que les laïques imposent la loi de religion aux ecclésiastiques. O opprobre! O scandale! O porte ouverte à toutes sortes d'hérésies! Et donc notre foi sera sujette aux variétés et inconstances des affections des peuples qui changent de vingt-cinq ans en vingt-cinq ans! Et donc les troupeaux guideront les bergers! Et donc les brebis conduiront les pasteurs! Et donc les enfants instruiront les pères! »

Ceterum, quanquam auctoritati sententiæ quam tuetur plurimum confidit, caute tamen ac prudenter disserendo procedit, immo callide atque summa sollertia grassatur. Novit enim qui sint animi sensusque audientium neque committit ut praejudicatae opinioni graviter offendat. Sic dum fortiter vehementerque traditam receptamque in Ecclesia doctrinam confirmat quae vetet in rebus fidei definiendis « laicos » sese immiscere, idem curat ne controversia acerbior fiat animique exulcerentur; multus est in ostendendo quot inde consequantur incommoda, si quid statuatur quod fidei sit contrarium. Tum virum audias magis rei publicae utilitati consulentem quam Ecclesiae jura defendentem, dum memoriam revocat civilium dissensionum, et enixe audientes rogat ne novis discordiis viam aperiant. Atque ut intimi affectus ipse pignus afferat, ut ostentet quantum regni quietem curet, quam devotus sit regali potestati, exclamat : « Je suis français et fils de français et n'ai jamais regardé que les rois. Je n'ai jamais, en fait d'État, jeté les yeux sur autres, et, s'il plaît à Dieu me conserver

l'esprit sain, ne les tournerai jamais ailleurs. J'ai été nourri et élevé sous les ailes du roi Henri III, et suis toujours demeuré attaché à sa fortune pendant qu'il vivait. Après sa mort, j'ai suivi celle du feu roi Henri le Grand, de glorieuse mémoire, et cela en saine conscience, voire selon les maximes tant de ceux qui tiennent la partie affirmative, que de ceux qui tiennent la négative; car, laissant à part le mot de relaps, que l'on lui avait imputé par mauvaise information, il ne fut jamais ni persécuteur ni incorrigible. Au contraire, dès que son prédécesseur fut mort, il promit de se faire instruire. » Idem ut regi regnoque addictissimos homines demulceat, curiam ecclesiasticam vindicare conatur ab illorum reprehensione qui eam juri regiae potestatis obsistere criminabantur. Necesse est meminisse quantum interfecto Henrico IV omnium animi commoti fuerint, ut intellegamus cur idem saepius omni asseveratione Perronius affirmet atque protestetur; quod nunc fastidiosum videatur, ea tempestate haud inutile erat. Immo peropportunum fuit certissima significatione declarare « Clerum » Galliae vehementer reprobare atque respuere Marianae doctrinam. Norat enim Perronius ecclesiasticam curiam, dum ab omni periculosae opinionis societate libertatem suam eximit, utilius atque fortius obsistere posse popularis ordinis rogationi [1]. Tum profitebatur Perronius regio imperio obedientem « clerum » esse [2] obsequiumque pollicebatur; mox vero ad eam quaestionem aggressus qua animi maxime praeoccupati erant, id sine ulla exceptione declarabat : « Le premier point concerne la sûreté de la personne des rois. Et de celui-là nous en sommes tous d'accord et offrons de le signer, non de notre encre, mais de notre sang, à savoir que pour quelque cause que ce soit il

1. « Avant toutes choses donc, Messieurs, elle m'a chargé très expressément de vous rendre mille grâces et vous donner mille louanges du zèle que vous avez eu de pourvoir avec tant de soin à la sûreté de la vie et de la personne de nos rois, vous protestant qu'elle conspire en cette pensée et en cette passion avec vous de toutes les puissances et affections de son âme. Car elle pleure et pleurera éternellement avec des larmes de sang les tragiques et détestables assassinats qui ont taché et ensanglanté la mémoire de notre siècle de deux horribles parricides. »

2. « Dieu lui ayant mis le flambeau de sa parole en la main pour éclairer les autres ordres, elle doit marcher devant et les précéder et en doctrines et en exemples de bien et fidèlement servir ceux que Dieu a constitués sur ses peuples. »

n'est pas permis d'assassiner les rois; et non seulement détestons avec David l'Amalécite qui se vanta d'avoir mis la main sur Saül, encore qu'il eût été rejeté et déposé de Dieu par l'oracle de Samuel, mais même crions à haute voix avec le sacré Concile de Constance contre les meurtriers des rois, voire de ceux que l'on prétendrait être devenus tyrans : Anathème à quiconque assassine les rois, malédiction éternelle à quiconque assassine les rois, damnation éternelle à quiconque assassine les rois. » Sic ea ratione qua nihil explicatius significantiusve esse posset, Marianae Hispanorumque « jesuitarum » opinionem reprobabat.

Adde quod orator nunquam obliviscitur qui sint intimi audientium sensus, atque satis expedite gratum verbum invenit acceptamque sententiam qua sibi benevolentiam conciliet [1]. Fortasse magis ut animos demulceat quam ut eruditionis laudem captet, excerptos ex veteribus scriptoribus locos libentius affert; certe ut aures habeat propitias, in audientium laudibus effusus est. Si fidem legatis non faciat, ut saltem mentes attentas detineat, cum eis loquitur de dignitate justitiæ quorum ministri sunt; atque, dum saeculorum seriem evolvit, eos monet ipsis « antecessores et praecursores fuisse magnos illos legum latores jurisque consultos Romanos ». Clara quidem sunt omnia Gallica judicum tribunalia, sed unum omnibus praestat « ce grand et auguste parlement de Paris, dont la réputation a été telle parmi les princes étrangers, qui l'ont souvent eux-mêmes pris pour juge et arbitre de leurs causes plus importantes ». Non jure tamen aliquis dixerit cardinalem ad deformia obsequia descendere. Dignitatem eam retinet quae munus deceat quod agit; neque obliviscitur se pro amplissimis regni ordinibus procuratione fungi. Ceterum fatetur se non nisi reluctantem et detrectantem tantum onus accepisse [2], cum sibi omnino

1. Sic, cum Thomae Aquinatis testimonium affert, ut allatae sententiae pondus addat, ipse dicit : « Saint Thomas, qui, pour avoir pris la qualité de Docteur en France, et pour avoir étudié, lu et écrit tant de temps en France, doit être compté entre les Docteurs français, et qui, pour avoir été prince et avoir eu l'honneur d'être parent de saint Louis et d'être caressé de lui et manger souvent à sa table, doit être moins suspect aux princes... »

2. « C'est contre mon gré et à mon très grand regret, que je viens traiter ces

conscius esset quantam invidiam molestiamque ea oratio conflare posset. Callide etiam quantum potest sese ipse subducit atque supprimit, ut sibi obtendat nobilissimorum ordinum auctoritatem quorum, claro quidem sed gravissimo privilegio, vices gerit [1].

Facile existimes eam orationem quae, ut ipse fatetur orator, per tres continenter horas habita est, vitiis non carere; quae inter vitia non minimum est ipsa justo major mensura longitudoque, cum multa vel recidere vel contrahere fuisset utilius. Ea tamen non illud taedium affert quod plerasque Perronii orationes legenti obrepit. Ipsa disputatae quaestionis gravitas, oratoris firma persuasio, vis illa qua sententias proponit, confirmat, confutat, prudentia cautioque qua illa praemunire curat quaecumque audientibus minus grata sint, forte et nervosum dicendi genus, hae omnes quas supra notavimus eloquendi virtutes, animos attentos tenent taediumque plerumque excludunt.

Si vero Cardinali persuasum erat auditores allatis ex antiquitate locis delectari, nonne tamen modum excessit, cum ab initio orationis Aristotelem, Agesilaum, Jovem, Themin, Dircen evocaret, mox vero Melchisedech, Druidas, Annibalem, Carthaginienses. Immo dum arcessitam eruditionem prae se fert resque ab antiquitate repetitas, qui ipse esset nonne oblitus fuisse videtur neque id satis servasse quod deceret, quando non dubitavit, cum episcopus esset unusque ex Ecclesiae principibus, Periclis exemplum afferre ut liceret prius Deum prece venerari quam loqui exordiretur. Idem legentibus non semper videtur exquisito

questions en un temps où notre royaume ne fait que sortir des altérations et divisions d'État, et est encor tout plein de celles de la religion. J'ai refusé cette commission plusieurs fois, voire avec larmes, sachant combien je m'embarquais en une mer pleine d'écueils et de périls, et à combien de médisances et de calomnies je m'exposais. Mais le bruit et la publication des exemplaires de votre article, dont la renommée vole déjà partout, m'a empêché de pouvoir plus tenir la chose secrète; et la plaie étant découverte, le devoir de nos charges m'a obligé d'y apporter le remède. »

1. « Ce n'est point moi qui parle en cette cause, mais tout le corps ecclésiastique, et tout celui de la noblesse, qui lui a donné adjonction et a député ces douze seigneurs, pris des douze gouvernements du royaume, afin d'autoriser mes paroles de leur présence et témoigner encore en cette occasion la même dévotion que leurs prédécesseurs ont portée à l'Église, laquelle ils ont plantée par leurs armes et arrosée de leur sang aux plus lointaines parties de la terre. »

litterarum judicio uti; etenim, si quando venustas imagines nactus est gratasque adumbravit comparationes[1], non semel eas admisit quae profecto intellegenti existimatori pravae videantur[2].

Richerius ille qui librum *De ecclesiastica et politica potestate* scripsit hanc orationem « artificiosam » dixit. Bossuetio vero videbatur exemplar nervosae et fortis illius eloquentiae qua uti soleret orator. « Vir maximus », ait idem, « toto orbe celebratissimus, toto eloquentiae flumine peroravit[3]. » Quodcumque erit existimantium judicium, certe ea oratio effectum non consecuta est. Quam omnes plurimi fecerunt, neque quisquam oratoris ingenium artemque non agnovit. Nemo certe Perronio aptior erat ad mutandam audientium sententiam, cum ea esset ejus eloquentia, ut ipsi confessi sunt adversarii, cui vix posset resisti; neque ulla oratio propositum finem melius obtinuisset, cum ea esset in qua auditores lectoresque omnes oratorii generis virtutes admirarentur. « Tertii » vero « ordinis » legati adeo in sua sententia confirmati erant ut de ea nequaquam demoveri possent. Quorum nomine Robertus Miron orationem habuit, rogationemque auctoritate sua roboravit. Respondit Perronius, sed praecipua tantum prioris orationis argumenta collegit, neque novas rationes attulit. Tum vero, in conventu generali, acrius animi exarserant, adeo etiam ut tres ordines paene ad discidium venirent; cui rex occurrit evocata ad proprium Concilium rogatione. Die septima mensis januarii de ea omnino in conventu referri vetuit[4]. Jubenti regi popularis curia paruit; sed postquam tres dies ardenter disputatum erat, in ipso primo codicillorum capite in quibus ea quaecumque desiderabant referri curaverunt legati, id perscribi voluerunt : « Le premier article a été ci-devant et par avance présenté au roi par son exprès commandement, et

1. « C'est du miel, mais c'est du miel qui a été fait par des mouches qui ont volé sur les fleurs de l'aconit, c'est-à-dire par des âmes qui ont goûté et sucé le venin du schisme. »

2. « Le serment est comme le monstre d'Horace, qui a la tête d'une belle femme c'est-à-dire le prétexte du service et de la sûreté des rois; mais il a la queue d'un poisson, c'est-à-dire la queue d'un schisme. »

3. *Defensio Declar. Cleri gallicani,* pars I, lib. IV, cap. XIV, p. 512.

4. « Il faisait expresses inhibitions et défenses aux dits États d'entrer en aucune nouvelle délibération sur ladite matière. »

lequel a promis de répondre et y pourvoir, ce que Sa Majesté est très humblement suppliée de faire. »

Rumor qui habita oratione motus erat non statim sedatus est, frequensque de ea extra conventus generales sermo fuit. Vitiosa editio quae primum in manus legentium venit, maxime illa melior quae auctoritate Perronii data est controversiam renovavit diuque produxit. Orationis exemplum Perronius misit majoris Britanniae regi Jacobo I, qui respondendum arbitratus librum remisit gallice scriptum qui centum quadraginta quinque paginas complecteretur[1]. Perronii orationem Bossuetius sive confutat, sive confirmat, in illa pernota *Defensione Declarationis cleri gallicani de Ecclesiastica potestate,* semper cum auctore clementer reverenterque agit; et quoties error notandus videtur, quod peccatum est id in oratorii impetus motum confert. « Facile credimus, inquit, vehementissimum oratorem ipso quo rapiebat ceteros eloquentiae impetu fuisse abreptum. » Ne vero legentes ideo minoris Perronium faciant, statim addit : « Ceterum id sufficit maximi cardinalis gloriae quod si ejus dicta quaedam reprehendere cogimur, certe gesta laudamus. » Id est ipsius orationis momentum, eaque disputatae quaestionis gravitas, ea apud aequales fama illam excepit, ea denique fuit Bossuetii existimatio reverentiaque, ut nulla forsitan alia excusatio nobis quaerenda sit, si de eadem diutius locuti videamur.

1. *Déclaration du sérénissime roi Jacques I*[er]*, roi de la Grande-Bretagne et Irlande, défenseur de la foi, pour le droit des rois et indépendance de leur couronne, contre la harangue de l'illustrissime cardinal du Perron.*

CAPUT QUINTUM

QUID IN ELOQUENTIA SACRA PERRONIUS VALUERIT.

Notum quae fuerit religiosae eloquentiae species formaque ea aetate qua Perronius in ea colenda ingenium exercuit. Quae perturbato civilium dissensionum tempore ipsa vehementer commota fuerat atque effusius evagata erat, ea jam defervescere incipiebat atque certis limitibus contineri; quem ad consequendum effectum non una causa valuit. Henricus IV in primis prudenter cavit ne ii quibus praedicandi evangelii cura commissa erat ecclesiae cathedras pro publicis rostris haberent; quo postulante sancta etiam Sedes auctoritatis momentum regiis mandatis addidit. Jam vero concordia civium reconciliata conversisque paulatim studiis, cum sacerdotum mores priorem disciplinam diligentius imitarentur, ipsique industriam ad ea opera magis conferrent quae religioso munere digna essent quo fungebantur, id sensim factum est ut quotidiana rei publicae negotia minus curarent, christianos vero accuratius illa docerent quae ad fidem moresque pertinerent. Abiit atque evanuit genus illud quod ex ipso statu rerum cum religiosarum tum civilium exstiterat, cui sane violenta partium quae ea aetate exarserant studia aliquam excusationem afferre possunt, illud vero utique, cum Andegavensi episcopo Freppel, ineptum (« impertinent ») merito dicas.

Lente tamen progressa est illa correctio atque emendatio, neque statim omnia ablata sunt vitia quae religiosum quem diximus « sermonem » deformabant, cum etiam scholasticorum more putide dividi soleret, saeviretque jactantior eruditio. Desiderabatur vir qui emendandum illud genus fortiter susciperet, qui pravo aequalium judicio obsisteret, qui audientium vulgus regeret et meliore disciplina instrueret, ut ipsi illud appeterent

atque postularent quod merito ac jure probari posset; etenim, ut recte annotavit Bossuetius, plerumque ex ipso auditorum judicio exsistunt boni oratores, cum ad eorum arbitrium fingantur; quodsi prava sint audientium studia, maxime timendum est ne, dum eis placere volunt, in damnanda vitia oratores incurrant. Ea vero aetate non contigit ut vir confirmato animo tantum inceptum aggrederetur. Complures tamen oratores ingenio praediti neque laude indigni, non praeceptis quidem, sed exemplis editisque operibus ad eam religiosae eloquentiae emendationem aliquid contulerunt, in primis Franciscus Salesius, Cospeau, Coeffeteau, Bertaldus, Gulielmus du Vair; quo in opere sese diligentem artificem etiam Perronius praebuit.

Dolendum certe quod non omnes servati sunt « sermones » quos habuit; ex iis tamen qui integri editi sunt, partibusque et fragmentis aliorum non paucis neque parvi faciendis, forsitan intellegere liceat quae fuerit in Perronio religiosae eloquentiae species lausque propria. Ipse in « cathedrali ecclesia » cum Ebroici tum Senonibus contionatus est, ut episcopalis muneris officio fungeretur; idem Parisiis, in ecclesia Sancti Mederici [1], non semel verba fecit. His vero « sermonibus » magis etiam quam ceteris doctrina fidei in primis continetur, ut eos ad relligionis defendendae controversiam jure referas. Anno enim 1597, postquam privatis colloquiis cum « reformatae » relligionis « ministro » Tileno congressus erat, Perronio opportunum atque utile visum est ex cathedra contionando quaestiones retractare de quibus coram adversario disputando egerat. Quod ut faceret adductus est cum auditoribus fidem faciendi studio eosque ad catholicam relligionem retrahendi qui dissederant, tum etiam propriae famae cura; percrebruerat enim rumor instituta colloquia Tilenum rupisse quod auditores non vi argumentorum moveri vidisset, sed Ebroicensis episcopi verborum praestigiis maxime capi. Magna certe fuit hominum frequentia ad ecclesiam Sancti Mederici concurrentium in qua amplissime catholicam doctrinam Perronius proponebat confirmabatque [2], atque, cum eo

1. Quaedam etiam orationes in ecclesia Sancti Germani Autissiodorensis, ut videtur, habitae sunt.

2. Ea erat nova species qua religiosum « sermonem » Perronius tractabat, ut pro-

convenirent quicumque in aula eminebant, non semel papae legatum vel ipsum regem invenerunt. Rem ex sententia contionatori successisse id maxime probavit quod « Protestantibus » stomachum contiones moverunt, qui dum cavillabantur irridebantque[1], catholici quantum admirarentur quamque grati essent palam significabant[2].

*
* *

Antequam dicere aggredimur quae sit Perronii laus in religiosis contionibus quantique ingenium sit habendum, id inter

fessoris magis quam contionatoris munus sustinere videretur. Quoties locum vel ex Patribus vel ex Scripturis relatum allegabat, ejus frater, qui praesto ante pulpitum aderat, ipsa verba ex appositis libris deprompta recitabat. Inde occasionem arripit Agrippa d'Aubigné ut Ebroicensem episcopum rideat : « M. le Convertisseur a pris la peine de venir *prescher* et *pescher* à Sainct-Merry, à la barbe du peuple, là où il prend les grenouilles en dormant; là il *presche à diacre et sous-diacre*. Son frère et quelques autres de ses apostres ont un banc chargé de beaux livres devant sa chaire. Ils les ouvrent à la citation des passages ; ils les ferment, le plus fort qu'ils peuvent, pour réveiller l'assistance; mais tant est douce la polylogie de ce personnage, que la pluspart y dorment trois heures, et, comme à la pescherie, y gaignent force rheumes. En quoy la Faculté de Théologie apporte des commodités nouvelles à la Faculté de Médecine. »

1. Scribebat Petrus de l'Estoile in diurnis commentariis (*Journal*, juin 1597) : « Le dimanche quinzième juin, l'Évêque d'Evreux, qui, depuis Pâques, prêchait tous les dimanches et fêtes dans l'église Saint-Merri à Paris, ou plutôt faisait des leçons de l'insuffisance de l'Écriture sainte sans les traditions de l'Église, usa, ce jour, d'un argument pour le prouver, qui fut plaisamment relevé par un de la Religion qui s'y trouva; car il dit qu'en tout le Vieil Testament on n'y trouverait point la Résurrection. Sur quoi, celui-ci repartit à un catholique qui l'avait mené à ce beau sermon et lui demandait ce qu'il lui en semblait, qu'il lui semblait que M. d'Evreux, pour un grand évêque comme il était, n'avait guère bien étudié son bréviaire ni ses vigiles, parce que, dans ses leçons de Job, il y eût trouvé, de mot-à-mot, la résurrection. Ce qu'ayant été rapporté à M. d'Evreux, dit que quand il avait parlé du Vieil Testament pour le regard de ce passage, il l'avait entendu du Pentateuque. A quoi ceux de la Religion répliquèrent qu'il se devait donc mieux expliquer, et sur les thèmes de ses propositions lui envoyèrent des vers piquants et injurieux, parce qu'ils disaient que sa Religion n'était que l'ambition, et qu'il prêchait ordinairement contre eux tout le contraire de ce qu'il savait. » — Tilenus Perronio exprobrabat quod « furiose in absentes inveheretur, cum mortuis luctaretur, adversus umbram suam depugnaret, in ventum brachia jactaret, venti fumique tropaeis coronaretur ». Etiam versus, quos referre piget, quidam ediderunt quibus ipsi maledicerent intimosque sensus calumniarentur.

2. « Advocatus generalis » Marion, cum quadam die peracto « sermone » egrederetur, dicebat se non hominem audisse, sed angelum ; atque Appamiensis episcopus, Henricus *de Sponde*, ut parem admirationi laudem faceret, « divinum tanti Ambrosii sermonem » superlatis verbis extollebat.

annotanda proponere forsitan utile sit quod ad universam quaestionem pertineat, aliam esse oratoris condicionem qui de rebus civilibus agit, aliam oratoris cui doctrina confirmanda est in Ecclesia recepta. Ille, cum coram audientibus comparet, liberas opiniones affert, ait, dubitat, negat, prout persuasio vel etiam libido est, totusque propriis sententiis indulget. Religioso oratori non id est arbitrium, non ea libertas : quae proponenda est doctrina ea prius constituta est certaque definitione continetur, quam ex Scripturarum traditaeque disciplinae thesauris totam haurit. Una restat materiae argumentique optio; quodcumque vero elegit, id pertractare debet quale divinitus acceptum novit, nec quicquam addere vel recidere. Hanc ei certissimam legem munus indicit officiumque atque ipsa in primis fides, ut majoris imago quaedam vocis sit quae per saecula exaudita est. Non ideo tamen minimae habendae sunt ejus partes; nam si in proponenda religiosi praecepti doctrina aliquid est quod nequaquam ex oratore pendeat fixumque atque immotum permaneat, aliud etiam oratoris proprium est quod mutari atque moveri possit. Dum eam peculiari forma induit, vim splendoremque addere potest, vel rursus, quod saepe fit, robur infringere lumenque obscurare. Quae enim affert praecepta quanquam ipse non instituit, illa, ut placet, distribuit, eaque ratione in vulgus producit qua maxime illa commendari posse existimat. Quare salva servataque ejus quam proposuit doctrinae dignitate, ipse in existimantium arbitrium veniet, atque laudabitur reprehendeturque, prout in dicendo profecerit vel defecerit, meliorem pejoremve in explicandis sententiis rationem secutus erit, lente graviterque processerit vel citato impetu festinaverit, ornamenta orationis neglexerit accuratiusve exquisierit.

Jam vero de Perronii eloquentia non aeque judicet qui rationem non habeat aetatis qua vixit, studiorum quae tum vigebant, audientium ad quos verba faciebat; in primis meminisse decet qua religiosae eloquentiae forma specieque delectarentur aequales quibusve maculis illa deformaretur. Idem sedulo advertit Fenelo cum in notissima illa epistula[1] Patres Ecclesiae

1. *Lettre à l'Académie,* Projet de Rhétorique.

excusat : « Quidam, inquit, neque ii indocti minus aequo jure cum illis agunt; fertur judicium propter figuram a Tertulliano durius translatam, propter verborum circuitum a Cypriano ambitiosius circumscriptum, propter locum obscuriorem apud Ambrosium occurrentem, propter verba ab Augustino subtilius opposita eumdemque in cadendo sonum referentia, propter argutias quibus mutatis litteris libentius indulget Petrus Chrysologus. Sed meminisse oportet quam pravum eo tempore fuerit judicium quo Patres scripserunt... Patres, edocti ab ineptis qui tunc vigebant rhetoribus communi omnium opinione trahebantur, cui ne ii quidem fere unquam obsistunt qui sapiunt. Opinio tunc erat nudum et subtile dicendi genus oratorem non decere. » Non aliter Perronius aequalium studiis morem gessit; cujus etiam rei ratio habenda est. Nam quicumque oblitus erit quae sit religiosae eloquentiae condicio vel quae ipsius aetate forma probata sit, is de eo minus recte judicabit.

Ipse Perronius nos docet quam orationis speciem probet, quod propositum sequatur. Non quod illud certissima diligentia servet, sed ea ratione delectatur, eamque in primis usurpat in colloquiis sermonibusque quibus ipsa Ecclesiae doctrina proponenda confirmandaque est. « Laissant aux autres pasteurs la partie des mœurs à traiter et me réservant l'explication seule de la doctrine, j'ai délibéré, il y a quelque temps, de dédier et consacrer, comme je fais dès à présent tout ce peu qui pourra sortir de ma voix ou de ma plume à l'instruction des uns et à la réduction des autres [1]. » Idem nos monitos vult quod genus eloquentiae colat, neque semel in ipsis orationibus dicit se rhetorices artificia neglegere. Franciscus Salesius Bituricensi episcopo suadebat ut « verbis minime calamistratis » praedicaret, exemplumque Patrum afferebat ceterorumque « qui fructum fecerunt aliquem; omnes illi quisquilias, phaleras veneresque mundanas aspernati sunt [2] ». Non aliter Perronius ipse spondebat se argumenta tantum allaturum nudamque Ecclesiae doctrinam audientibus propositurum [3]. Quod quidem faciebat ut orationi auctori-

1. *Commencement du premier sermon fait à Saint-Médéric.*
2. *De forma, seu quemadmodum praedicare oporteat*, p. 60.
3. « Je vous représenterai les arguments et les réponses de l'Église nus et dépouil-

tatem adderet, iniquasque suspiciones a se removeret. Alii possunt « venustatem ornamentaque verborum sectari, quo gratiores fiant audientium auribus », ipse, si eos imitaretur, calumniantium reprehensioni obnoxius esset[1].

Ceterum « sermones » legenti cito patet Perronium minus curare ut laudibus ingenii efflorescat quam ut audientes erudiat; manifestumque est cum docendi studium tum ipsa doctrinae ubertas copiaque. In iis proponendis maxime delectatur quae catholica relligio fide accipienda credendaque confirmat; etiam in rebus quae minus « theologicum » argumentum postulare videntur quam pias sententias, ostendit quam studiose cupiat « fideles » docere[2]. Fatendum certe rem numquam illi melius succedere quam cum latius aliquod argumentum proponit quod ad fidem pertineat vel cum « haereticorum » placita confutat. Pleraeque orationes, sponte quadam naturae, neque ipso invito, in disputationem excedunt qua controversia aliqua instituatur ac dijudicetur. Ne credideris tamen hominem ad certamen compositum, quasi vi cuidam naturae necessitatique pareat, eludere ingenio atque experiri quid robore possit. Ea enim erat cura animorum vel in fide confirmandorum vel ab « haeresi » retrahendorum quae menti semper obversaretur. Nec mirum quod tam firmiter rationes concludat quem ea cura sollicitat, cum is sit cui nemo argumentandi scientia praestet, pares vero paucissimos idem habeat.

Quo facilius ab audientibus intellegatur, « sermones » maxima perspicuitate dividit[3], enucleateque explicat quod sit totius ora-

lés de tout enrichissement de parole et revêtus de la seule simplicité et naïveté qui est, comme ils disent, l'habit de la vérité, me contentant de les traiter par forme de leçon et de catéchisme. » (*Commencement du premier sermon fait à Saint-Médéric.*)

1. « Au lieu que les autres sont en peine de rechercher la grâce et l'ornement des paroles pour contenter les oreilles des auditeurs, je suis obligé tout au contraire, pour les conditions de cette action, d'étudier de tout mon pouvoir à me départir de toutes les fleurs et de tous les ornements de langage. Car l'unique reproche qu'ont allégué pour faire évanouir l'avantage des raisons de l'Église ceux qui ont conféré ces derniers jours avec moi, a été que je leur éblouissais les yeux et à toute la compagnie par le lustre et l'ornement de mon éloquence : ainsi appelaient-ils quelque facilité qu'il a plu à Dieu me donner, d'expliquer mes conceptions. »

2. Sic, in sermone quem habet die Omnium Sanctorum festo causas quaerit cur singulorum sanctorum feriae institutae sint.

3. En, ut exemplum afferatur, qua ratione progrediatur in illo sermone quem, die festo Pentecostes, Parisiis, in « cathedrali ecclesia » habuit. Spiritus sanctus qui in bea-

tionis propositum, ceterisque rationibus apte utitur quibus apud audientes certissima persuasio parari possit. Attente studet Ecclesiae historiae, quae fuerint eorum placita disquirit qui sectarum auctores fuerunt, ut confirmet « Protestantes » Vigilantii, Arii, Joviniani ceterorumque errores referre; quo vehementius animos percellat, brevibus apte utitur comparationibus[1]. Idem orationem accommodata varietate distinguit, ne nimia similitudo taedium pariat. Nunc magnifice eloquitur sententiasque per amplos verborum circuitus evolvit[2]; nunc pressus est atque adstrictus sermo eaque subtilitas quae ad familiaritatem accedat. Maxime vero in tota oratione eminet argumenti vis perspicuitasque doctrinae. Ex ipsa sententiae firmitate dicendique ratione ac pondere oritur Perronii eloquentia; qua in primis parte iis exemplum esse potuit qui secuti sunt, nec mirum quod Bossuetius tam attente ejus operibus studuerit tantique ingenium fecerit.

Qui maxime robore et dicendi gravitate valet Perronius non ideo motu ac colore deficitur; compluresque loci, quanquam

tam Virginem descendit atque in Apostolos idem in nos descendet; cui nos paratos esse decet caritate et humilitate. Quem Spiritum se missurum esse Jesus Christus pollicitus erat, idque donum insigne est quo nos Deus dignatur. Jam vero in omni dono tria consideranda sunt, donantis dignitas, doni pretium, ejusque persona cui donum confertur; nunc qui dat ipse est Dei filius, qui nobis datur Spiritus sanctus. Tum explicat orator qua forma specieque Spiritus sanctus apparuerit, cur vero idem in sacramentis oleo significetur. Ut dono gratia tota referenda sit, tria requiruntur, ut recipientibus necessarium sit vel certe utile, ut jucundum atque acceptum sit, ut stabile sit atque perpetuum : id vero omnino donum est quod Deus Ecclesiae suae largitus est, cujus singulas Perronius explicat virtutes. — Ex ea brevi totius sermonis descriptione facile est videre quam perspicue argumentum dividat; nec dubitat ipse signare, dimensis ac descriptis partibus singulis, qua ratione ac via progrediatur.

1. « Il semble à ceux qui sont sur la mer que la terre se meuve, qu'elle tourne, qu'elle chancelle, mais ceux qui sont sur la terre sentent qu'elle est ferme, stable et permanente. Il semble à ceux qui sont hors de l'Eglise qu'elle erre, qu'elle chancelle, qu'elle vacille, mais ceux qui sont dans l'Eglise savent qu'elle demeure fixe, stable et arrêtée en la doctrine de ses Pères. » (*Sermon fait en l'Eglise Notre-Dame, le jour de la Pentecôte.*)

2. « L'Église récitant tous les ans aux fêtes anniversaires des saints les merveilles que Dieu a faites en ses serviteurs, la constance qu'il leur a donnée, les miracles qu'il a opérés par eux en leur vie, et ceux qu'il opère encore par leurs reliques après leur mort, compose des hymnes de louange à Celui qui les a élus, appelés et couronnés. Car, quand les os d'Élisée ressuscitèrent un mort, de qui est-ce que ce miracle annonçait la puissance et la grandeur, sinon de Celui dont Élisée avait été prophète?... Qu'est-ce que tu honores, demande à soi-même saint Ambroise, en une chair déjà pourrie et consumée? J'honore, répond-il, en la chair du martyr, les cicatrices reçues pour le nom du Christ. »

aliqua affectatione non vacant, facile probant eum fuisse qui orationem, si tempus postularet, posset exornare[1]. Nonne in illo celerem vividumque cogitationis motum invenias, quo, etiam si minus expedita sit dicendi forma, vera certe eloquentia continetur, cum praeclaram martyrum laudem extollit memoratque quantis honoribus sepulcra celebrentur[2]. Sed non ita saepe in Perronii « sermonibus » lucet splendidus ille orationis nitor; cujus exempla multo plura in religiosis aequalium contionibus occurrant, etiam apud Bertaldum, quanquam amico Perronio remissior est, immo languidior Sagiensis episcopus. Raro enim evolat atque impetu rapitur Perronius, paucique sunt ii loci, eoque magis notatione digni, qualis est ille qui ex « sermone » excerptus est quem Parisiis in « cathedrali ecclesia » habuit : « O consolation inénarrable! Notre-Seigneur ne se contente pas, en s'absentant visiblement de son Église, de lui donner un consolateur, un tuteur, un précepteur invisible, mais sachant que pendant qu'elle converse en ce monde, elle est toujours pupille et demeure en perpétuelle enfance, promet de le lui laisser éternellement. « Je prierai le Père, dit-il, et il vous donnera un « autre consolateur, afin qu'il demeure avec vous éternellement, « l'Esprit de vérité que le monde ne peut recevoir. » Ceux qui traitent de la science politique disent qu'un bon prince ne doit

1. « Toutes les œuvres, Seigneur, que tu as faites en faveur de ton Église ont été grandes, admirables, incompréhensibles. Tu as, pour l'amour d'elle, étendu le ciel, fondé la terre, allumé le soleil, attaché les étoiles, créé les éléments. Tu as, pour l'amour d'elle, suscité les patriarches, inspiré les prophètes, envoyé les anges, déconfit les armées. Tu as, pour l'amour d'elle, pris chair humaine, opéré les miracles, institué les sacrements. Tu as, pour l'amour d'elle, livré ton corps à la mort, épandu ton sang en la croix, rendu l'esprit à ton Père. Mais toutes ces choses, Seigneur, lui seraient inutiles, si tu ne les avais scellées de ce dernier sceau, si tu ne les avais couronnées de cette dernière couronne, si tu ne les avais comblées de ce dernier présent, qui seul anime, applique et met en œuvre tous les autres. Car, comme un navire a beau être fourni de mâts, de voiles et de cordages, si le vent ne le pousse, il n'arrivera jamais au port, ainsi l'Église a beau être équipée de tous les instruments de son navigage, si le vent de l'esprit de Dieu ne lui enfle les voiles et ne la pousse au port de salut, elle n'y arrivera jamais. »

2. « Celui qui est vêtu de pourpre fait de longs pèlerinages pour venir embrasser les sépulcres des serviteurs du Crucifié, et déposant sa pompe royale se présente aux saints, les suppliant qu'ils lui servent d'intercesseurs envers Dieu. Et celui qui porte le diadème prie un faiseur de tentes et un pêcheur qu'ils soient ses patrons auprès de Dieu. Oserez-vous donc dire que le maître de ceux-là soit mort, dont les serviteurs même morts sont les patrons des empereurs de la terre? »

pas avoir moins de soin quel sera l'état de son royaume après sa mort que quel il est durant sa vie. Et un ancien empereur prononça cette mémorable sentence qu'il ne pouvait faire un plus cher présent à sa république que d'un bon successeur. Que sera-ce donc de Notre-Seigneur qui a été soigneux de se choisir, non seulement un bon successeur, mais celui qui est la bonté même, et de nous le donner, non pour quelques années, mais éternellement. O beau legs testamentaire, promis par tous les oracles des prophètes, confirmé par toutes les sentences de l'Évangile, et témoigné par toutes les relations des apôtres! »

Ne plurima quidem apud eum occurrant pia consilia, instantes exhortationes, rerumve quae animos moveant aptae significationes[1]; ut videatur Perronius ea quae morum sunt aliis relinquere, id vero sibi vindicare quod ad doctrinam catholicumque dogma maxime pertinet. Ipse sibi conscius est ad docendum magis quam ad movendum se compositum esse; novit quae sit proprii ingenii peculiaris nota, quidve contionando perficere possit. Non ea est blandientis animi mollitudo qua Franciscus Salesius mentes demulcet atque alliciendo trahit. Ipse non immerito dicebat : « Si vous voulez convaincre des hérétiques, amenez-les-moi; si vous voulez les convertir, conduisez-les à M. de Genève. » Non enim in eo est « benignus ille calor qui », ut Bossuetio placet, « tantam vim virtutemque Francisci Salesii divinis contionibus addebat ». Ipse enim videtur, neglectis animi affectibus, ingenii acumen exercuisse, et cum semper aliquid vel confirmare vel confutare summopere velit, eas quae maxime ad movendum valeant rationes plerumque omittit. Quod non parvum certe orationis vitium est; Perronioque res melius successisset, si omissa saepius dialecticae disputationis severitate molliores sensus induisset.

1. « Vous qui étiez naguère nos frères vivant en une même maison avec nous, et adorant Dieu en une même Église avec nous, mais que l'esprit de division contraire à ce charitable esprit de concorde qui unissait les cœurs et les âmes des fidèles, a depuis quelques années séparés de nous, reconnaissez d'où vous êtes sortis. Retournez à votre mère qui vous tend les bras, qui vous présente ses mamelles. Elle ne désire rien de vous que vous. Elle soupire pour vous, elle gémit pour vous, elle pleure pour vous. Cet esprit d'amour et de charité qui échauffe ses entrailles, fait qu'elle ne vous peut oublier, mais qu'elle vous porte incessamment dans le cœur et dans les yeux. »

Idem in minutioribus rebus videtur consistere, cum in explanandis certa ratione singulis locorum quos allegat vocibus moratur [1]. Sane ea erant tempora quae forte oratorem excusare possent : illa enim aetate qua de verbis interpretandis ardentissime acerbissimeque disputabatur, non mirum quod contionatores, ut adversarios confutarent, necesse esset in eam tenuitatem descendere quae nunc nobis puerilis videatur. Opera autem quae reliquerunt, si aequalibus utiliora fuerunt, non tanti a litterarum existimatoribus habentur. Quare hic meminisse decet quid sit contionatoribus maxime propositum qui de relligione disputant. Si opus ipsum respiciatur, merito reprehendatur Perronius quod artis leges neglexerit; si ad propositum attendatur, forsitan laudandus sit quod non rhetor fuerit qui praecepta accuratissime servaret, sed vir qui apostolorum more totam operam in audientium utilitatem salutemque conferret.

Ab eo etiam tempore quo vixit causae maximae repetendae sunt cur in « sermonibus » nimiam eruditionem ostentaverit. Notum enim illa aetate quanta fama celebrarentur antiquitatis scriptores. Sed cum ceteri orationes immoderatae scientiae ostentatione onerarent, maxime timendum erat ne cum Perronio philosophi poetaeque veteres atque historiae etiam fabulares in religiosum « sermonem » magis ac magis invaderent. In eo enim erat summa eruditio, summa etiam memoria; atque res locique ex veteribus scriptoribus desumpti sponte contionanti occurrebant. Quae omnia profecto arcere ac removere non potuit; sed ne miremur quod saepius in orationes irrepant, cum libenter aliquis ei gratulari possit quod eis cum aliqua moderatione sit usus cui tot rationes occasionesque suppetebant ut immodicus esset [2].

1. « Saint Augustin criait contre les Manichéens : Je ne croirais point à l'Évangile, si l'autorité de l'Église catholique ne m'y émouvait, *Ego vero ipsi Evangelio non crederem, nisi me Ecclesiae catholicae commoveret auctoritas*. A quoi il ne faut point répondre comme font nos adversaires que le mot *crederem* se doit interpréter là en prétérit et prendre pour *credidissem*. Car le même saint Augustin y montre disertement qu'il parle du temps présent quand il ajoute que si les Manichéens lui peuvent infirmer et détruire l'autorité de l'Église, il cessera de croire à l'Évangile. »

2. Quanquam quid necesse fuit eum, cum primum in sua cathedrali ecclesia recens consecratus episcopus Ebroici contionaretur, « fere mille ac ducentorum annorum memoriam replicare » ut ignoti episcopi Anatolii exemplum evocaret cum ipse in ur-

Cui vitio aliud adjiciendum est cum orationes illae multo longiores videantur quam decebat [1]. Veri tamen simile est eas quae nobis taedio sunt aequalibus non ingratas fuisse cum ad audiendum Perronium certatim undique concurreretur.

Quem in culpam eruditionis studium aliquando induxit, Perronius saepius etiam pravo judicio peccat. Sic res omnino diversas subita comparatione confert quo vehementius audientium mentes novitate percellat [2]; sic infinitam fastidiosamque collationem inter convivium paschaque instituit; neque damnanda vitia fugit, dum nuptialis convivii « evangelicam parabolam » interpretatur [3]. Idem ab omnibus argutiis non cavet; eas tamen felicius vitat quam plerique ejusdem aetatis contionatores. Cum semper praesto sint adversarii qui quodcumque vitiosum sit excipiant, quod-

bem Constantinopolim ingrederetur. Nonne ut audientibus fucum faciat « de excellenti illo hebraeo doctore » loquitur « cui nomen Rabbi Moyses Maymon »? Nonne reprehendendus est, cum locum quem citat Vergilii tam inepte adducit : « S'il s'en est trouvé quelques-uns parmi les païens qui aient voulu souffrir une mort certaine et assurée pour le salut de leur république, comme les Codres, les Curies, les Decies, le nombre en a été si petit qu'on peut dire justement d'eux :

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

(*Sermon fait à Sens le jour de la Toussaint.*)

Id enim saepius expertus est quod ipse Ebroici dixit cum mutato sensu Bucolicorum versus allegasset, voluitque « prononcer des paroles païennes en sens chrétien ».

1. Neque credideris orationem argumentis tantum ad propositum pertinentibus totam contineri, cum non semel orator a rerum ordine declinet et in aliam sententiam excedat. « Vous me permettrez de faire une petite digression. Je m'en acquitterai, Dieu aidant, en peu de mots. Cependant, ne vous ennuyez point ; je serai incontinent de retour pour achever de vous servir le reste du festin auquel l'Apôtre vous a invités. » (*Première partie d'un sermon fait à Evreux le jour de Pâques.*) Quo vel quamdiu, in ea oratione, a proposito digressus sit Perronius non novimus cum totam hanc partem non scripserit, atque ex tempore locutus sit.

2. « Quand un mari qui aime tendrement et chèrement son épouse, va en quelque pays lointain pour y séjourner, s'il y a quelque singularité en la région où il se transporte, il a soin de choisir ce qu'il peut recouvrer de plus excellent pour lui envoyer et lui en faire un présent, afin de lui témoigner son amour et la consoler de son absence. Ainsi Notre-Seigneur... montant au Ciel... a eu soin de choisir ce qu'il y a de plus excellent... le Saint-Esprit. »

3. « Reste à vous à prendre vos places et à nous à mettre le festin en ordre, à vous servir les plats sur la table, à vous trancher et distribuer les viandes. Mais hélas! qu'est-ce que j'aperçois, chers et bien-aimés conviés, quel spectacle, quel désordre, quel malheur! Pendant que je travaille à vous apporter les mets de ce céleste et sacré banquet, je vois qu'il s'élève je ne sais quels incrédules, je ne sais quels Capharnaïtes, je ne sais quels infidèles, qui, avec leurs questions, leurs doutes et leurs scrupules, ou vous arrachent des mains la viande que nous vous avions servie, ou la souillent et la contaminent tellement qu'ils vous la laissent inutile. »

cumque insulse dictum sit arguant, sibi maxime cautione ac prudentia opus esse existimat ne istiusmodi ineptiae, quae in aliis reprehendendae forent, apud ipsum nullam excusationem habeant atque labem damnumque inferant ei muneri quod sustinet.

Dicendi vero figuris immoderatius utitur quam deceat hominem qui praedicat se rhetorices artificia neglegere atque contemnere; sententias in primis, dum paribus paria refert, ea continuatione opponit ut taedium afferat[1], aliasque libentius adhibet artes quae citissime legenti fastidio sint. Ceterum totus orationis tenor non indignus est eo munere quo fungitur; neque ad contumelias criminationesque descendit quae non deceant. « Praedicationem amo, aiebat Franciscus Salesius[2], quae amorem proximi magis quam indignationem redoleat; etiam ipsos erga sectarios, quos et magna compassione tractare oportet, non blandiendo tamen, at deplorando[3]. » Quae animi benignitas si laude digna est, rursus censura notanda est nimia facilitas qua laudibus effunditur intemperataque benevolentia cui saepe indulget[4].

Is fere Perronius est in religiosis « sermonibus ». Neque forte certa omnino mensura possumus aestimare quae fuerit in sacro munere illius eloquentia, cum omnes orationes in manibus non habeamus. Haud dubium videtur quin saepe ex tempore verba

1. « Non la loi morte et stupide, mais la loi vive et animée; non la loi gravée dans les tables matérielles de pierre, mais la loi tracée dans les tables charnelles du cœur; non la loi écrite du doigt de Dieu, mais le doigt de Dieu même; non la lettre, mais l'esprit; non l'ombre, mais le corps; non la figure, mais la vérité... »

2. *De forma seu quemadmodum praedicare oporteat*, p. 62.

3. Semel tamen saltem Perronius sibi excidit; et a solita humanitate discedit, cum Lutherum Calvinumque « duas harpyias » vocat.

4. Certe modum excedit, cum de Henrico IV dicit : « Toutes ses pensées, tous ses desseins, toutes ses actions, maintenant qu'il a remis la paix en son royaume, ne tendent plus qu'à remettre la paix au royaume de Dieu. Il ne songe ni nuit ni jour qu'à essayer d'y ramener par toutes voies douces et charitables ceux qui s'en sont dévoyés. Il n'a plus autre soin que de faire nominations de bons évêques et de bons pasteurs, qui puissent par leur vie et par leur doctrine rappeler leurs ouailles égarées à la bergerie. » Nonne etiam, quanquam consilium sub praeconio latet, idem peccat cum praesentem regem allocutus exclamat : « Courage, ô grand roi... c'est peu d'avoir égalé, voire surmonté, comme vous avez fait, les Scipions, les Césars, les Alexandres; l'Église ne célèbre point ces victoires-là. Ces arguments-là sont bons pour servir de thème aux historiens et aux poètes et non aux évêques. Mais d'égaler les Constantins, les Théodoses, les Marciens, ce sont victoires que les anges chantent dans le ciel et que les évêques prêchent et exaltent en la terre. »

fecerit. Forsitan extemporales orationes in quibus fervidum ingenium liberius excurrebat, neque tanto apparatu strepebat theologica doctrina, eae fuerint quae tunc animos vehementius moverent, hodieque oratoris famam augere possent. Qui ea tantum noverit quae de ejus vita tradita sunt quaeque adversus eum criminati sunt inimici, facile existimet Perronium eum fuisse « qui propriam laudem magis quam Dei gloriam quaereret, qui fortunam suam magis quam animarum salutem curaret, qui nitidus orator magis haberi cuperet quam dignus Christi minister [1] ». Cum vero « sermones » perlegimus, non oratorem tantum invenimus cujus vitia virtutesque expendere possimus, hominem etiam apertum deprehendimus. Dum eum videmus curantem quomodo audientibus fidem faciat ut eos in relligione confirmet vel ad relligionem adducat, cito eum pluris facimus. Non jam disertus homo videtur qui maxime placere velit facundiamque jactare; et quae de eo ferebantur, quae libentius rettulit Petrus de l'Estoile jam levioris momenti sunt. Perronii « sermones », ut vidimus, non canori rhetoris opera sunt, sed docti « theologi », qui nolit jejunos remittere auditores qui verae doctrinae cibum appetunt. Ex « sermonibus » etiam compertum habemus eum non tam immoderatum fuisse quam contenderunt adversarii, cum saepe benignus sit indulgentiorque, casque velit in « convertendis haereticis » rationes adhiberi quae mitiores sint : « Le devoir des catholiques serait de s'écarter des protestants comme on s'écarte des malades atteints de maladies contagieuses. Mais d'autant que la charité, ou pour mieux dire la piété, que nous devons à notre patrie, encore à peine relevée de la longue maladie de tant de guerres civiles, et l'amour de la paix et tranquillité publiques ne nous permettent pas de nous séparer de la conversation de nos concitoyens, au contraire nous obligent de nous réunir plus étroitement que jamais pour conspirer et contribuer tous ensemble à la défense et conservation communes de l'État, l'office des Évêques et Pasteurs de l'Église, en ce cas, est de leur préparer des remèdes et antidotes contre les persuasions de ceux avec qui ils ont à converser, leur ensei-

1. Fénelon, *Lettre à l'Académie,* Projet de Rhétorique.

gnant comme par forme de catéchisme, à rendre raison de leur foi et justifier la cause de la religion catholique aux points où elle est injustement accusée et calomniée. »

Ceterum non inutiles evaserunt Perronii labores, cum ad Ecclesiam cui addictus erat multos « haereticos » reduxerit, atque in primis viros non paucos vel genere vel scientia claros. Plures vero ii fuerunt, qui, cum incerti penderent dubioque animo fluctuarent, argumentorum vi ac robore confirmati, ejus opera auxilioque in fide immoti permanserunt. Quare non immerito ipsi, postquam « Protestantium dogma » Nicolaus de Harlay de Sancy ejuravit, Clemens VIII epistulam illam misit qua ornatissima laudatio continetur : « Perge igitur, frater, ut facis, tanta cum laude et merito catholicae fidei veritatem disseminare, et de thesauro tuo nova et vetera depromere, ad multorum salutem, et Christi Domini gloriam, qui te his praeclaris ornamentis tam necessario tempore instruxit. »

EPILOGUS

Ea praecipua sunt quae diximus oratoria opera Cardinalis Davy du Perron ; forsitan qui hoc opusculum, qualecumque de eo scriptum est, legerint, non ea indigna fuisse existiment quae litterarum studiosos homines detinerent. Iisdem certe perlectis intellegitur quomodo tantam oratoris laudem auctor eo tempore quo vixit sibi comparaverit. Jam obiter, cum occasio data est, conati sumus ostendere quae fuerit hujus eloquentiae species formaque in variis quae Perronius coluit generibus ; quare in promptu magis erit de toto opere, cum nunc in conspectum veniat, judicium ferre et quae laus ei debeatur expendere.

Quod ut apte faciamus, meminisse necesse est qualis in Gallia eloquentia eo tempore fuerit quo Perronius orationes habuit ; in quem profecto ea qua vixit aetas haud parum valuit, et saepe in ejus operibus signa notasque reperias vitiorum quae eo saeculo omnium consuetudine recepta erant. Perronii enim aequalibus deerat rectum in aestimanda eloquentia judicium. In eis quidem magna fuit vis ingenii ; sed non perspexerant quae foret optimi electio, nec satis noverant quid perfectum atque omnibus numeris absolutum esset. Ea admiratio qua Valaderii istius orationes accipiebantur, dum pessimum aetatis judicium arguit, aliqua etiam ratione eos excusat qui non ausi sunt omnium opinioni fortiter obsistere atque conari si eam mutare possent atque corrigere.

Quam necessariam esse correctionem emendationemque Perronius intellexerat, ut eam experiretur defuit animus, atque etiam otium ; meminisse enim decet eo quo vixit saeculo vix

quemquam necessariis laboribus magis distentum fuisse. Si in colendam perficiendamque eloquentiam totam intendisset mentem, potuisset fortasse haud parum ad ea mutanda conferre quae tunc emendanda fuerunt. Ipse, ut ceteri, eruditioni, ampullis, argutioribus sententiis nimis indulsit; quibus vitiis, quae cum aequalibus communia erant, propria etiam sunt adjicienda. Perronio exprobrabat Agrippa d'Aubigné praestigias illas orationum quibus adversarios congestis veterum auctorum locis obruebat[1]. Profecto, cum fidem omni ratione facere studeret, ultra concessos oratori fines processit, cum modestior prudentiorque auctorum quos afferebat delectus auditores in eamdem persuasionem adduxisset, neque eis taedium molesta ostentatione attulisset. Alia etiam notanda sunt duo vitia, quae merito Perronii propria esse dicas, verborum obscuritas sententiarumque superlatio. Rationes ita congerit atque exaggerat, auditorem argumentis ita urget ut ne respirandi quidem facultatem relinquat. Idem, cum in sublimi rerum contemplatione versari soleat, facile assurgit atque levatur in altos philosophiae theologiaeque tractus, dum auditores, qui non tam potenti aura feruntur citoque, cum evolarent, constiterunt, longe abeuntem suspiciunt neque sequuntur.

Ceterum, in hoc, aliqua naturae immoderatione peccasse videtur qua in vitium virtus excedebat. Non enim « aes sonans » atque vacuum merito dixeris Perronium; atque laudandus est quod intellexerit eam tantum vere esse orationem quae sententiam afferret atque exprimeret, cum tot aequalibus ea videretur quae verbis luderet atque aures concentu mulceret. Ceterum jam animadvertimus eum tum maxime eloquentem fuisse cum res proponeret quae permagni essent momenti. Ubi ipso sententiae impetu rapiebatur, tum solita evanescebant vitia, clarior, subtilior, pressior fiebat oratio, ipse verbum quo nullum aliud significantius esset expedite inveniebat.

Praecipua vero Perronii virtus argumentatione continetur. Quam sollerti acumine praesentit quid in adversario magis imbecillum sit, quid in audientium animis lateat quod objici possit,

1. *Mémoires*, p. 148.

quae sint eorum opiniones intimique sensus! Quo lumine rationes illustrat; quam arto nexu argumenta constringit! Quare non mirum est Paulum V papam, lecto Perronio, dixisse : « Utinam id nobis quod expediat suadere velit, certe quodcumque volet persuadebit ».

Haec vero argumentandi vis copiosaque rerum quam comparaverat scientia non eae erant quae impetum omnino cohiberent affectusque comprimerent. Fatendum tamen in eo non fuisse animum qui temere effervesceret; neque prius eloquentia rapiebatur quam ipsa sententia stimulos adderet. Clarissimus ille vir, cardinalis de Richelieu, in *Commentariis* refert Perronium eum quidem fuisse qui non cito commoveretur; ubi vero incaluerat, neque exhauriri poterat neque conticescere. Profecto in ejus operibus illi inveniantur oratorii motus locique toti in quibus generosus ardet animus; ii vero pauciores sunt quam apud plerosque oratores; peculiarisque est ingenii indolisque nota subtilis pressaque argumentatio et ea quam rerum eloquentiam veteres dixerunt. Atque ea ratione certe orator est, siquidem, ut Feneloni videtur, « is eo nomine vere dignus est, qui orationem lucidis sententiis illustrat, generosis affectibus verbisque fortibus iisdemque ad ea aptissimis quae vult in animos audientium subjicere; res agitat mente, ipse movetur, sequuntur verba ». Ceterum Perronio etiam suppetebat grata elocutio vividaque actio, argutum salsumque ingenium orationi leporem aspergebat, voxque certissima opinione confirmata vim roburque persuasionis addebat.

Perronio, ut summus fieret orator, defuit in primis lingua assiduo usu conformata idoneumque perfectionis absolutionisque gradum assecuta. Non ipse is fuit qui ex angustiis latinae constructionis illam fortiter expediret. Cujus sententia non rivo similis est qui leni strepitu clarisque et liquidis fluctibus fertur, sed tardo et sinuoso fluvio, ad quem ex variis partibus qui multiplices confluunt minores amnes in terras longe abeunt atque pereunt. Quanquam ad leges plerumque emendata est oratio, eadem non satis castigata videtur, neque eam prae se fert perfectionis elegantiaeque notam quam in magnis nostris scriptoribus postea mirabimur. Id vero vitium quod plerisque ejusdem

aetatis scriptoribus commune fuit, non unum profecto est quod in Perronii locutione reprehendas. A redundantia non satis cavet, peccatque saepissime dum vocabula ad nomen adjuncta geminat verbaque iterat quae eumdem sensum referunt. Qua superfluentis orationis luxuria nihil molestius est vel quod scriptoris indiligentiam magis arguere videatur.

Sic in eo desideratur « liquidum illud atque venustum » orationis genus quod ei laudator ille de Neuville gratulabatur praedicabatque se in « mirabili ipsius sermone » reperire. Sunt vero aliae in eo virtutes quae laude dignae sint; componendi in primis conficiendique totius operis cura maxima est arsque doctissima. Res argumentaque artificiose confert eoque loco disponit ubi plurimum valeant, sententias enucleate pronuntiat, scripta quaecumque allegat dilucide illustrat, omnes denique orationis partes aptissime conjungit atque colligat, ut certam, firmam, claram rationem concludat.

Quare, quanquam ejus orationi multa defuerunt ut absoluta esset, perficiendae linguae non inutilis fuit. Atque in primis, ut jam animadvertimus, ad id exemplo suo contulit ut gallicus sermo usu in iis rebus adhiberetur quae antea latine tractari solebant. Unus enim post Calvinum intellexit quam necesse esset ea lingua quam omnes caperent illa argumenta proponi quae pertinerent ad theologiam, de qua eo tempore acerrime disputabatur. Idem, cum firmior fortiorque in scribendo esset quam plerique aequalium, propria virtute communi sermoni pondus addidit. Quare, cum voluit Gallica Academia « linguam nostram ita perficere ut summam etiam eloquentiam recipere posset », in scriptorum numero qui ad id optime conferre possent Perronium reposuit : « Elle décida », ait Pellisson, « de faire un choix de tous les auteurs morts qui avaient le plus purement écrit... On commença un catalogue des livres les plus célèbres en notre langue. On y mit pour la prose : Amyot, Montaigne, du Vair, Bertaut, Coeffeteau, du Perron, François de Sales [1]. » Sic nobilis doctissimusque coetus honorificentissima laude gratias Perronio referebat propter eas quas in formanda

1. *Histoire de l'Académie française.*

perficiendaque lingua partes gesserat. Ipse vero forsitan non tantum decus animo praesumpserit qui, cum adulescentulum illum Joannem Ludovicum de Balzac salutaret praedicaretque eum esse a quo ceteri discerent orationis numerum, libenter confessus est, ut videtur, se a juniore superari, qui tunc duo et viginti annos natus erat.

In eloquentia major visa est opera auctoritasque Perronii; quanquam ne ea quidem summi momenti fuit. In promovenda oratoria arte, maxime in instauranda sacra eloquentia nemo exstitit qui Malherbii partes gereret, in qua non fuit unus magister atque artifex qui omnes praeceptis et exemplo traheret, multi vero pro virili parte elaborarunt. Profecto Perronius, Franciscus Salesius, Bertaldus, Gulielmus du Vair, Coeffeteau, Cospeau iis qui post venturi erant viam muniverunt; qui proxima aetate praestiterunt oratores eorum exemplis usi sunt; quod jam in melius mutatum invenerant ipsi consummarunt qui ab eis didicerant quo modo eos superarent. Nonne vero jam multum Perronio auctore sacra in primis profecit eloquentia, cum in locum earum contionum in quibus relligio resque publicae, sacra profanaque permixta erant, seria gravisque oratio successerit in qua certa firmissimaque ratione christiana doctrina proponeretur.

Perronii vero facundia et patriae et Ecclesiae cui addictus erat certe profuit. Notum quae fuerint ejus partes in re permagni momenti, cum eo praesertim auctore ad catholicam fidem Henricus IV accesserit, qua maxime accessione parata atque parta est regni concordia. Neque minus patriae utilis Perronii facundia fuit cum habitis in « Conclavi » Romani pontificatus comitiis, non magis callidi ingenii artibus quam eloquentiae auctoritate perfecit ut eligerentur qui Galliae rebus faverent Leo XI et Paulus V. Eadem vero catholicae relligioni maxime profuit. Ipse enim non tantum Galliae « clero » honori fuit meritorum splendore, vi ingenii, amplitudine, immo (ut cum Columella dicam) vastitate scientiae, felici denique orationum quas habuit exitu; sed idem ut catholicae Ecclesiae jura tueretur, ut ad ipsam eos reduceret quicumque ab ea dissidebant tantam operam navavit ut vix quemquam reperias, nostra quidem in Gallia, qui ea aetate ad

ejus utilitatem magis conferre visus sit. Nec mirum si epistulae « paparum » certatim ad acuendum laudandumque Perronii studium concurrebant, cum « tot claro genere viri ad veram viam reducti miracula eloquentiae testarentur ».

Operae pretium esset legere quaecumque in laudem Perronii scripta sunt, ea vero maxime quibus aequales ejus eloquentiam extulerunt. Non tamen ex funebri illa laudatione quam habuit de Neuville exquirere decet quid de Perronio senserint qui sapiebant, cum superlata insolentius verba ea sint quibus lectis libentius rideamus quam assentiamur, neque eis magis credendum sit quam famosis libellis quibus « Protestantes » nimia atque iniqua censura acerrimi adversarii opera reprehendebant. Ne ea quidem referenda sunt carmina quibus admiratores aemulique gallica, latina, graeca etiam lingua, coronam capiti ejus certatim intexuerunt. Majora sunt eaque magis certa quae proferamus testimonia : quo tempore Romae moratus est, cardinales Pontifexque ipse eo concurrebant ubi verba facturus erat ut adessent audirentque « ses si belles harangues » ; Baronius, in *Ecclesiasticis Annalibus*, ejus nomen inter nomina Patrum Ecclesiae affert, ejusque opinioni plerumque assentitur; cardinalis ille Guido Bentivoglio, notissimus historiarum scriptor, eum Augustinum Galliae dicebat, unum ex ornamentis aetatis, virum in omni laudis genere versatum [1]. Neque minore fama apud cives florebat, quem Henrici IV consiliarius atque administer dux de Sully vocabat « singularem amicum, unum ex familiarissimis » , inter eloquentissima aetatis ingenia referendum; quem illa quae Montanium tanto studio coluit, Maria de Gournay, « alterum patrem » dicebat summaque admiratione prosequebatur; de quo Bertaldus praedicabat « tanti praesulis nomine eam qua vivebant aetatem maxime illustrari in quo summae eloquentiae laus cum summa doctrina conjuncta esset [3] »; cum sibi Malherbius gratularetur

1. « Era l'Agostino di Francia, era uno de maggiori ornamenti del nostro secolo, sapera tutte le cose. »

2. *Économies Royales*, I, p. 118 et 129.

3. Ce grand du Perron, la gloire de son âge,
... Ce docte prélat en qui luit le pouvoir
Qu'a l'extrême éloquence et l'extrême savoir.

quod tam eloquenti ore laudatus esset[1], eidem Joannes Ludovicus de Balzac eloquentiae fasces submitteret, neque minus in *Commentariis* faveret clarissimus ille cardinalis de Richelieu; quibus mox laudibus Bossuetius (ut honorificae enumerationi, ne molesta fiat, aliquando conclusio afferatur) magnificum illud præconium addet : « Le grand cardinal du Perron..., ce rare et admirable génie dont les ouvrages presque divins sont le plus ferme rempart de l'Église contre les hérétiques modernes[2] »; ut omnium existimantium sententia uno Gulielmi du Peyrat testimonio contineri videatur : « Illustrissimus Cardinalis Perronius suis scriptis ad miraculum eruditis coronam immarcescibilem sibi contexuit in caelis et nomen suum immortalitati et posteritati consecravit[3] ».

Igitur, si mors Perronii non ea fuit quae Galliae nomen et gloriam everteret, ut effutiebat laudator ille de Neuville, ei certe vita honori fuerat. Apud eos qui illius aetatis, notatione dignissimae, qua ab uno saeculo ad alterum fit transitus, eloquentiae vel civili, vel academicae, maxime vero religiosae, studuerunt, forsitan non tanta fuerit ejus facundiae commendatio quantam esse decebat. Eo in primis Gallicis oratoribus, praesertim vero iis qui in sacra eloquentia versati sunt, Perronius profuit quod eos docuit de re quae in quaestionem veniebat apte et serio disputare certisque rationibus propositum totius contionis argumentum confirmare. Ex eo didicerunt non jam vano verborum circuitu neque puerilibus facetiis tempus terendum, cum doctrina accommodatisque sententiis oratio alenda esset, omnisque cura in docendis trahendisque auditoribus consumenda. Ejus opera Bossuetio videntur firmissima moenia; valida enim tutaque sunt fundamenta, speciesque tota gravis et quae majestate quadam commendetur. Si venustas deest, etsi certe optanda erat, minus forte necessaria fuit. Decet tamen eum qui tanti quanti digna visa est Perronii oratoriam facultatem fecit, meminisse quae fuerint vitae vices, quas partes homo gesserit, quomodo ambitione grassatus sit; ut ad ipsius etiam eloquentiam, quaecumque

1. 9 mai 1601.
2. *Panégyrique de saint François de Sales.*
3. *Histoire ecclésiastique de la Cour*, lib. I, p. 386.

ea est, id referri possit quod de summo oratore Cicerone Fenelo noster pronuntiaturus erat : « Orator, dum reipublicae saluti consulit, neque sui ipse immemor est nec ceteros immemores esse sinit ».

VIDI AC PERLEGI.

Lutetiae Parisiorum in Sorbona,
die III mensis Aprilis ann. MCMIII.

Facultatis Litterarum in Universitate Parisiensi
Decanus,

A. CROISET.

TYPIS MANDETUR.

Academiae Parisiensis rector,

L. LIARD.

APPENDIX

APPENDIX

I

Summarium orationis « de Anima ».

Quodcumque in anima est, ait du Perron, in ea vel acquisitum vel innatum est; quod acquisitum est vocatur consuetudo; quod innatum est vis nativa dicitur animae.

Ipsa consuetudo distinguenda est, prout ex intellectu oritur vel ex voluntate. Quae ex intellectu oritur vel cognitioni prodest vel actioni; prior dividitur, sive in experièntiam, fidem, historiam, intelligentiam, divinamque revelationem, sive in scientiam et opinionem. Scientia ipsa complectitur grammaticam et rhetoricam, poesim et dialecticam, metaphysicam, physicam, ceteraque. Quae vero actioni prodest consuetudo dividitur in prudentiam imprudentiamque; ad prudentiam rediguntur hinc ethica, oeconomia, politica, seu domus publicaeque rei regendae scientia, illinc ars atque casus. Ars ipsa septemplex est, militiae, venationis, navigationis, medicinae, arationis, quibus accedit ars textrina (« la tissure ») arsque fabrilis (« la fabrique »).

Jam vero non cognitioni tantum, voluntati etiam prodest consuetudo; quæ, prout bona malave est, virtus vel vitium vocatur. Per virtutem voluntas ipsa sibi imperat, et vocatur justitia liberalitasque; vel ceteros appetitus regit, et vocatur temperantia fortitudoque.

Nativa autem vis animae effectus suos consequitur vel cum cognitione vel sine cognitione. Quæ cum cognitione operatur activus (« agissant ou puissantiel ») vocatur intellectus, qui sensus vel exterior est fitque visus, auditus, odoratus (« fleurer »), gustus, tactus, vel est interior fitque sensus communis, memoria, imaginatio, cogitatio, aestimatio.

Si vero cognitio arcessita est, tunc voluntas sensilisque appetitus pariunt vel amorem, cupiditatem voluptatemque, vel odium, horrorem, tristitiamque, vel spem, desperationem, audaciam, timorem, iracundiam.

Tandem vis illa animae quae sine cognitione operatur ea est quae vel vegetet vel moveat; cum vegetat, nutricia est, auctrix, generatrix; cum movet, progressiva est, dilativa, constrictiva.

II

Summarium orationis « de Cognitione ».

Ut philosophis videtur, omnia, ut patri familias in domo, sic Deo in mundo parent. Patri autem familias triplici ratione paretur, ab iis qui, cum voluntatem noverint, nutum exspectant, ut eam exsequantur, qui sunt liberi; ab iis qui, cum voluntatem non noverint, eam, ubi jussi sunt, sequi festinant, qui sunt ministri; ab iis denique quibus, cum domini voluntatem non noverint, ne ea quidem suppetit facultas qua ei, ubi manifesta fit, obsequantur, quae sunt animalia. Sic Deo aliter triplicique ratione parent caelestes spiritus, et homines, et res; spiritus enim Deo statim obediunt, homines ubi verbo ipsius imperium manifestum fit, res vero ope tantum causarum quae secundae dicuntur.

Res tamen rationis expertes optime ordinem a Deo constitutum servant, cum naturae lumine ducantur. Natura enim cum illis multo liberalius quam cum animalibus hominibusque egit. Quanquam nemo est qui non habeat persuasum hominum conditionem animalium rerumque sensu carentium conditione multo potiorem esse. Ex cognitione enim omnis pendet felicitas; quamvis dives sis, si quam dives sis non noveris, ex divitiis nullum gaudium excipies. Ergo ex cognitione pendet voluptas.

Neque satis est si bonum noverimus quod nostrum est; alia cognitione opus est qua compertum habeamus nos eo bono frui.

Ideo vero scientiam cognitionemque appetimus omnes quod non bonum supervacaneum est, cum ipsa propter se appetenda sit. Ea enim maxime homo a ceteris animantibus rebusque discernitur; homines vero inter se differunt prout eadem minus apte feliciusve utuntur.

Tum Perronius magnifico eloquio imaginem illam refert quam expressit Seneca cum virum vere doctum effinxit qui rerum omnium creatoris opus suspicit; mox confirmat ipse certissima doctrina quanta sit scientiae utilitas. Quam ut adipiscantur amplioremque faciant, homines arduis laboribus indulgent atque molesta periculosaque itinera suscipiunt.

Deinde quærit orator num ipsa secum admiratio gaudium afferat, negatque. Felicitatem vero cognitio eo maxime confert quod per eam id quod cognoscimus fere possidemus : sic Deum jam his in terris aliqua ratione possidemus ipsa cognitione quae ex fide oritur. Immo Perronius, Aristotelis auctoritate fretus, Dei felicitatem ex infinita cognitione repetit. Atque rem totam concludit dicendo eam in primis homini necessariam esse scientiam qua se ipse cognoscat.

III

Summarium orationis qua cum moralibus theologicae conferuntur virtutes.

Deus homini duplicem proposuit felicitatem, temporalem alteram, alteram aeternam; idem simul rationes praebuit quibus eo perveniret, quae virtutes sunt morales theologicaeque. Morales sunt virtutes sapientia, fortitudo, justitia, temperantia; theologicae, fides, spes, caritas.

Quomodo felices esse possimus ea est quaestio de qua alii aliter senserunt veteres philosophi. Christianae vero virtutes, fides, spes, caritas, nos viam docent qua multo securius felicitatem assequamur. Mox confertur humana sapientia cum fide ita profecto ut fides utilior videatur; item spes prudentiae praestat; humana vero virtus non par est fortitudini christianae qua juvante martyrium pati, corpus castigando domare, pudicitiam amore Christi servare possumus. Qui theologicas virtutes colit caelestis felicitatis gaudia spe jam praesumere potest; quare etiam inter dolores voluntariasque durioris vitae aerumnas laeti fuerunt sancti, ut sanctus Paulus qui « superabundabat gaudio in omni tribulatione ». Ea Perronii conclusio est, si eas sententias intellegere velimus, petendam a Deo sapientiam qui eam largietur.

IV

Summarium orationis qua psalmi CXXII versiculus primus explicatur.

Perronius id primum constituit quid inter intellectum voluntatemque maxime intersit. Minus de cognitionis praestantia qua a ceteris distinguimur animalibus vel de Dei cognitione disputat quam de rationibus quibus ad eam pervenire possumus. Quae rationes duae sunt, opera Dei, ejusque fides. Deum enim ex operibus cognoscimus; quare describenda veniunt ea opera cum animata tum inanima, dataque occasione id Perronius confutat quod maxime objecerunt quicumque negarunt ex nihilo quicquam creari posse. Dei opera adeo magnifica atque eximia sunt ut multo praestent miraculis quae nos movent quod raro fiunt, cum factu nullatenus difficiliora sint, immo ne tantam quidem potentiam plerumque testentur.

Quae cognitionis elatio cupidinis elationi praeit quam subsequitur spei elatio. Perronius, temporis spatio coarctatus, id tantum indicat quod libenter explicet : nobis licet bonis frui quae mundus habet ita tamen ut in illorum illecebris non acquiescamus, cum in Deo tantum anima gaudium possit invenire. Fidem necesse est caritas comitetur quae multo melior est atque in aevum permansura; nec decet nos quicquam sperare nisi ex sola virtute Dei (« en la dextre de Dieu »). Eas vero sententias non explicat, ultimam tantum versiculi partem, « qui habitas in caelis », in fine orationis interpretando explanat. Deum ubique esse ait praesentia, essentia, potentia, definitque quid caelum habendum sit, quae Dei sedes sit in caelo constituta. Dum orationem concludit, ut Deum precentur hortatur audientes, ut eis ipse illud lumen impertiat quo eum videant cognoscantque his in terris donec in caelesti gloria perpetuo visu beati perfruantur.

V

Summarium orationis quam in generali conventu Blesensi Henricus III habiturus erat.

Exorditur orator Deum precando qui auctor est omnis sapientis consilii. Quem non sine jure rex Henricus invocat, cum a principio regni id unice curaverit ut officiis omnibus recte fungeretur. In primis quae emendanda erant corrigere conatus est et quae in administrandis rebus publicis vitiose in consuetudinem irrepserant tollere. Jam semel generales conventus vocaverat ut noscere posset quid cives sentirent. Quibus ex conventibus si non omnia prospere evenerunt quaecumque sperari poterant, ea maxime causa fuit quod junior rex erat. Nunc vero nihil hujusmodi timendum est, regique omnes confidere decet legatos. Mali principes non solent exquirere quid cives sentiant. Ipse aperte loquetur, cui id unum propositum est ut Dei laudem procuret catholicaeque relligionis incrementum, ut subditis sibi populis levamentum praestet Galliaeque pristinum splendorem reddat.

Eam rei publicae formam laudat atque maxime probat, quod profecto non mirum est, in qua penes unum est imperii administratio. Asseverat atque confirmat se Ecclesiae maxime addictum ac devotum esse; idque se vitae instituto rebusque gestis probasse praedicat cum antea, tum praesertim ex quo ad regnum evectus est. Ecclesiae vero ut decus addat, curabit ut ii antistites eligantur qui omni honestatis genere sint commendabiles. Non jam aulici ad episcopi munus assumentur; scientiae, virtutis, sanctitatis una ratio habebitur. Jam vero justitiae administratio tota emendabitur atque penitus restituetur. Nec deerit quem ceteri sequantur; rex ipse regiaque domus omnibus manifestum exemplum erit. Ærarii etiam summa erit cura, resque nummaria aptissime constituetur. Ceterum rex pecuniae non est avidus; libentissime vectigalia tolleret; sed opportune praesto est exemplum Romani senatus quo demonstratur id fieri nequaquam posse, et rex ad sententiam romani senatus transit. Regiae vero munificentiae ii tantum participes fient qui digni erunt.

Necesse est regem civesque una ad bonum communis publicaeque

rei conspirare; cui certe rex non deerit. Meminerint legati muneris officiique quod agendum susceperint: animum omni pravo affectu exuant; tot sunt causae quibus moveantur. Qui si non illud executi fuerint quod maxime decebat, eis posteri jure male dicent; regi vero, cum se desertum videat, id reliquum erit ut ad summum judicem provocet ultionemque omnipotenti Deo remittat.

INDEX FONTIUM

AUBIGNÉ (Agrippa d'). — *Œuvres complètes*, édit. Réaume et de Caussade, Paris, Lemerre, 1873.

BARONIUS. — *Annales ecclesiastici.*

BERTAUT (Jean). — *Œuvres diverses.*

BINET (Claude). — *Vie de Ronsard.*

BLONDEL (le chanoine). — *Le Cardinal du Perron.* Sens, Duchemin, 1899, in-8°.

BOSSUET. — *Defensio Declarationis Cleri gallicani.*

BRUNOT. — *La langue française au seizième siècle*, dans l'*Histoire de la langue et de la Littérature française*, de Petit de Julleville, tome IIIe, *Seizième siècle.*

CARAYON (le P.). — *Documents inédits concernant la Compagnie de Jésus*, XXII.

CHALAMBERT (de). — *Histoire de la Ligue sous les règnes de Henri III et de Henri IV.* Paris, Douniol, 2 vol. in-8°, 1854.

CROZALS (J. de). — *Auteurs de Mémoires. Historiens. Écrivains politiques*, dans l'*Histoire de la langue et de la littérature française*, de Petit de Julleville, tome IIIe, *Seizième siècle.*

DARMESTETER et HATZFELD. — *Le seizième siècle en France.* Paris, Delagrave, 2 vol. in-18, 1897.

Déclaration du sérénissime roi Jacques Ier, roi de la Grande-Bretagne et Irlande, défenseur de la foi, pour le droit des rois et indépendance de leur couronne, contre la harangue de l'illustrissime cardinal du Perron.

DEJOB (Charles). — *De l'influence du concile de Trente sur la littérature et les beaux-arts chez les peuples catholiques.* Paris, Thorin, in-8°, 1884.

États généraux et autres assemblées nationales. La Haye, 1789.

FÉNELON. — *Lettre sur les occupations de l'Académie française.*

FÉRET (l'abbé). — *Henri IV et l'Église catholique.* Paris, V. Palmé, in-8°, 1875.

FÉRET (l'abbé). — *Le Cardinal du Perron.* Paris, Didier, in-18, 1875.

FORCE (Paganiol de la). — *Description historique de Paris et ses environs.*

FRÉMY (Ed.). — *Diplomates du temps de la Ligue.* Paris, Dentu, in-18, 1873.

FRÉMY (Ed.). — *L'Académie des derniers Valois, origines de l'Académie française.* Paris, Leroux, grand in-8°, 1888.

FREPPEL. — *Bossuet et l'éloquence sacrée au dix-septième siècle.* Paris, Retaux, in-8°, 1893.

FRIZON (Nicolas). — *Vie de Bellarmin.* Nancy, 1708.

FRIZON (Pierre). — *Gallia purpurata.* Paris, 1638.

GALLAND (J.-A.). — *Essai sur l'histoire du protestantisme à Caen et en Basse-Normandie, de l'Édit de Nantes à la Révolution.* Paris, Grassart, in-8°, 1898.

Gallia christiana, t. XII.

GOURNAY (M[lle] de). — *Les Advis*, Paris, 1734.

GUÉRET. — *La guerre des Autheurs anciens et modernes.* A la Haye, chez Arnout Leers le fils, in-32, 1671.

HIPPEAU. *Les Écrivains Normands au dix-septième siècle.* Caen, de Buhour, in-12, 1858.

JACQUINET. — *Les prédicateurs du dix-septième siècle avant Bossuet.* Paris, Didier, in-8°, 1863.

LABITTE. — *De la démocratie chez les Prédicateurs de la Ligue.* Paris, Joubert, in-8°, 1841.

LAVISSE et RAMBAUD. — *Histoire générale du quatrième siècle à nos jours.* Tome V. *Les guerres de Religion.* Paris, A. Colin, in-8°, 1895.

LENIENT (Ch.). — *La satire en France, ou la littérature militante au seizième siècle.* Paris, Hachette, 2 vol. in-16.

L'ESTOILE (Pierre de). — *Mémoires-Journaux.* Édition Brunet, Champollion, etc... Paris, Librairie des bibliophiles, 12 vol. in-8°, 1875 et suiv.

LEZAT (l'abbé). — *De la prédication sous Henri IV.* Paris, Didier, in-8°, 1871.

LIGNY (César de). — *Les ambassades et négociations de l'Illustrissime et Révérendissime Cardinal du Perron, recueillies par...* — A Paris, chez Cardin Besongne, 2 vol. in-8°, 1633.

Longueruana. Berlin, 1754.

MARTIN (le P. François). — *Athenae Normannorum veteres ac recentes.....*, Manuscrit de la bibliothèque de Caen.

Mémoires de Sully (collection Michaud).

Mercure français (*le*).

MORIN (le P.). — *Vie du Cardinal Bellarmin.* Paris, 1625.

NEUVILLE (de). — *Oraison funèbre faite sur le trépas de très illustre cardinal du Perron, archevêque de Sens, etc.* A Paris, 1618.

PELLISSON. — *Histoire de l'Académie française.* 3e édition. Paris, 2 vol. in-8°, 1643.

PERRAULT. — *Les hommes illustres du dix-septième siècle.* Paris, 1697-1700.

PERRENS. — *L'Église et l'État en France sous le règne de Henri IV et la régence de Marie de Médicis.* Paris, Durand et Pedone-Lauriel, 2 vol. in-8°, 1872.

PERRON (Davy du). — *Les Diverses Œuvres de l'Illustrissime Cardinal...* 3e édition, Paris, chez Pierre Chaudière, 1633, in-fol.

PERRON (Davy du). — *La Harangue aux États Généraux de 1614-1615.* 1re édition, Paris, chez A. Estienne, 1615, in-4°.

PERRON (Davy du). — *L'Oraison funèbre de Ronsard.* 1re édition, Paris, chez Frédéric Morel, in-8°, 1586.

PERRON (Davy du). — *Discours spirituel sur le premier verset du psaume CXXII.* 1re édition, Paris, chez F. Morel, in-8°, 1586.

PERRON (Davy du). — *Réplique à la response du Sérénissime Roy de la Grande-Bretagne*, 1re édition, Paris, chez A. Estienne, 1620, in-fol.

PERRON (Davy du). — *Les Ambassades et Négociations de l'Illustrissime et Révérendissime Cardinal du Perron.* 1re édition, Paris, chez A. Estienne, in-fol. 1623.

PERRON (Jacques Davy du). — *Discours sur la comparaison des vertus morales et théologiques, fait par le commandement du roi Henri III.*

Perroniana sive excerpta ex ore Cardinalis Perronii. Genevæ, apud Petrum Columesium, 1669.

PETIT DE JULLEVILLE et RÉBELLIAU. — *Théologiens et prédicateurs* dans l'*Histoire de la langue et de la Littérature française,* tome IIIe, *Seizième siècle.*

PEYRAT (G. du). — *L'Histoire ecclésiastique de la Cour, ou les antiquités et recherches de la chapelle et oratoire du roi de France, depuis Clovis Ier jusqu'à notre temps.* A Paris, chez Henri Saron, imprimeur et libraire de M. le duc d'Orléans, près le Puits Certain, in-folio, 1645.

PLESSIS-MORNAY (du). — *Histoire.* Leyde, 1647.

POIRSON (A.). — *Histoire du règne de Henri IV.* Paris, Colas, 3 vol. in-8°, 1857.

PORCHÈRES (Honoré de Laugier, sieur de). — *Stances funèbres sur la vie, la mort et les écrits de feu sieur de Sponde.*

PUGET DE LA SERRE. — *Le bouquet des plus belles fleurs de l'éloquence, cueilly dans les jardins des sieurs du Perron, Coeffeteau, du Vair, Bertaut, Malherbe,* etc... A Paris, chez Pierre Billaine, rue St-Jacques, à la Bonne Foy, in-32, 1624.

Recueil de pièces originales et authentiques sur les États généraux. Chez Barrois, tome VIII.

RICHER. — *De ecclesiastica et politica potestate.*

ROBIOU (Félix). — *Essai sur l'histoire de la littérature et des mœurs pendant la première moitié du dix-septième siècle.* Paris, Douniol, 2 vol. in-8°, 1858.

SALES (Saint François de). — *Traité de la prédication.*

SAUVAGE. — *Saint François de Sales, prédicateur.* Paris, Derenne, in-8°, 1874.

SAUVAL. — *Recherches de l'Histoire de Paris,* 3 vol., in-fol. 1724.

SOREL (Charles). — *Discours sur l'Académie française.*

SPONDE (Jean de). — *Déclaration des principaux motifs de sa conversion,* Paris, 1595.

STROWSKI. — *Saint François de Sales. Introduction à l'histoire du sentiment religieux en France au XVIIe siècle,* Paris, Plon, in-8°, 1898.

SULLY. — *Économies royales.*

THIERRY (Augustin). — *Essai sur l'Histoire de la formation et des progrès du Tiers État.* Paris, Garnier.

Thuani Historiarum sui temporis libri CXXXVIII.

VAIR (Guillaume du). — *Traité de l'Éloquence française.*

YBERT (Guillaume). — *In urbem Sanlaudum carmen.* Sanlaudi, 1668.

INDEX RERUM

TYPOGRAPHIE FIRMIN-DIDOT ET Cie. — MESNIL (EURE).

HEcF
G
Grente, Georges
Quae fuerit in Cardinali Davy du Perron vis
oratoria.
490868

DATE | NAME OF BORROWER.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

